Σι. Τίνα δ' αὖ τιλωτᾶσα τὸν κληρονόμον ἔσχον; ἢ τινα τῶν ἀπὸ τοῦ γένους; Πο. οὐ μὰ Δί', ἀπὸ νεωστί τινα τῶν μειρακίων τῶν ὡρίων Φρύγα. Σι. ἀμφὶ πόσ' ἔτη, ὦ Πολύστρατε; Πο. ὀγδοήκοντα ἀμφὶ τὰ ἔτη. Σι. ἤδη μανθάνω ἃ τινά σοι ἐκεῖνος ἐχαρίζετο. Πο. πολὺ ἀπὸ πολὺ ἐκείνων ἀξιώτερος κληρονομεῖν, ἀλλὰ καὶ βάρβαρος ὦν, καὶ ὀλιθρος, ὅν οὐδὲ καὶ αὐτοὶ οἱ ἄλλοι θεραπεύουσιν. ἐκεῖνος οὖν ἐμοὶ κληρονόμησε μὲν, καὶ γοῦν ἐν τοῖς ἀπατείλαις ἀναθήματα, ἀνεξυρημένος μὲν τὸ γένειον, καὶ βεβαρισμένος, κόμην δὲ ἀγωνιστήριος, καὶ Νιρέως μὲν κάλλιων, καὶ Ὀδυσσέως σωφρονέστερος κεχόμηκε δὲ ἄνευ. Σι. οὔκουν μοι μέλει. καὶ στρατηγὸς ἀνάστω τῶν Βαάλ, ἀλλὰ λοιπόν. ἐκεῖνοι δὲ μὲν κληρονομάτωσαν μόνον.

SIM. *At postremæ illæ tabulæ quem pronunciabant hæredem? num è cognatis quempiam?* POL. *Non per Iouem, imò nouitium quendā ex formosis illis adolescentulis, natione & Phrygem.* SIM. *Quot annos natum Polystrate?* PO. *Viginti fermè.* SIM. *Iam intelligo quibus obsequijs ille te demeruerit.* PO. *Attamen multò illis dignior qui scriberetur hæres, etiam si* [h] *Barbarus erat ac perditus, quem iam ipsi etiā optimates colunt, captantq;. Is igitur mihi extitit hæres, iāq;* [i] *inter patricios numeratur, subraso mento, barbaroq; cultu ac lingua: quin eum* [k] *Codro generosiore,* [l] *Nireo formosiorem,* [m] *Vlysse prudentiorem esse prædicāt.*

SIM. *Non laboro, vel totius Græciæ sit imperator, si libet, modò ne illi potiantur hæreditate.*

GILBERTI COGNATI
ANNOTATIONES.

a MENSAE Siculis lautiores.] *Ea semel de Siculorum delicijs in animos hominum impressa opinio, perpetuò inualuit, quibus olim nihil inquinatius, nec mollius. Plato hanc dictionem vsurpauit πολίτικῶν γ. Athenaeus libro 12. copiosè de illis. Macrobius libro Saturnalium septimo: Modum eum seruas qui sui potens est, & in mensa Sicula vel Asiana. Hæ pro lautis & opiparis leguntur. Lucian. in Demosthenis encomio vocauit Syracusanas, immodicè lautas & opiparas. Syracusani enim opibus adfluentes, conuiuiorum luxui nimiùm indulgebant. b* Ex alienis arcis opes mihi subscatebant.] *Quibus rebus sibi comparauerit diuitias, exponit. c* Phaon.] *Phaonem à Venere iuuentuti restitutum, extat epistola Sapphus inter Ouidianas. Is traijciendis viatoribus de ripa in ripam victum sibi quæsitauit. Cumque semel Venerem, nulla promissa mercede transuexisset, ignorans quòd dea esset, ab ea vnguenti alabastrum dicitur accepisse mercedis loco, eoq; oblitus omnium formosissimus euasisse, eximiaque pulchritudine cùm alias mulieres Mityleneas, tum præcipuè Sappho poëtriam ad sui amorem allexisse. d* Chio.] *Insula maris Aegæi, quæ habet 28. milliaria in circuitu, vnde & laudatissima mastiche adfertur. & Homerus vates Chius est dictus. e* Aenigmata narras.] *obscurè loqueris. Nam ænigma, authore Quintiliano, nihil aliud est quàm obscura allegoria. Scrupos veteres appellârunt. f* Plorare iussi.] *Ita autem Græcos loqui solitos, vt plorare iuberent eos quos à se contumeliosè dimitterent, notum est. Idem in Tragopodagra: ἐγὼ δ' αὐτοῖς πᾶσιν οἰμώζειν λέγω.* Id est, *sed omnibus illis nil nisi plorare impero. Idem in primo Necricorum dialogo: σὺ δ' οἰμώζειν αὐτοῖς πυρ' ἐμοῦ λέγε.* Id est, *Tu verò plorare illos meo nomine iube. De hac autem Ipruagata voce fusiùs à nobis scriptum est in collectaneo Adagiorum. g* Phrygem.] *Φρύξ gentile, à Phrygia deductum, cuius fœmininum est Phrygia. Virg. 9. Aeneid.*

O' verè Phrygiæ, (neq; enim Phryges) ite per alta
Dindyma—. *Phrygia minoris Asiæ regio, Cariæ, Lydiæ,*

diæ, Mysiæ & Bithyniæ finitima. Cic. pro Luc. Flacco in testes Asiaticos: Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Virum igitur nostrum, an vestrum est hoc prouerbium: Phrygem plagis fieri solere meliorem? h Barbarus.] *Phryges pro barbaris habiti fuerunt. Ioan. Trezes in historia omnigena,* ὡς βεβαρβάρωσαι τοσοῦτον ἀφ' ἡμῶν χρόνον: id est, *& factus es barbarus tanto tempore apud Troianos commoratus. In Phrygia autem est Troia prouincia, cuius caput Ilium fuit, olim regio Priami.* i Inter patricios.] *Senatorum progenies, quibus plebeij opponebantur,* ἐκ πατρίδων. k Codro generosiorem.] *hinc* ἀπὸ κόδρου, id est, *Codri genus dicuntur, qui antiqua prosapiæ nobilitate illustres sunt, vt Themistius refert. Codrus enim singulari in patriam pietate præcipuè nobilis fuit. Nam quum Atticis bellum esset aduersus Dores, proditumq; esset oraculo, victoriam penes Athenienſem populum futuram, si rex illorum ab hostibus fuisset occisus: Codrus patriæ gloriam sua incolumitate chariorem habens, ignota specie hostem prouocauit, & interemptus est. hæc etiam apud Zenobium interpretati sumus. Hanc rem latè describit oratione aduersus Leocratem Lycurgus, & Velleius Paterculus.* l Nireo formosiorem.] *Erat omnium Græcorum qui ad Troiam nauigârunt speciosissimus: infra tamen Achillem, sed erat imbecillis.* m Vlysse prudentiorem.] *Fingitur ab Homero vir multa præditus prudentia & facundia: egregius bello, & laborum patientissimus.*

ΑΙΑΚΟΥ, ΠΡΩΤΕσιλάου, Μενελάου, καὶ Πάριδος.

AEACI, PROTEsilai, Menelai, ac Paridis.

Iacobo Micyllo interprete.

AEACVS.

Τίνι ἄγχεις, ὦ Πρωτεσίλαε, τὸν Ἑλένην πορθῶν; Πρω. ὅτι δι' ταύτην, ὦ Αἰακέ

QAmobrem, Protesilaë, in Helenã irruens, strangalas illã? PRO. Quia huius causa, Aeace,

Αἰακὶ, ἀπέθανον, ἡμιτελῆ μὲν ἐν δόμων λαλιπὼν, χήραν τὴν νεόγαμον γυναῖκα. Αἰ. φατίω δίνιω Μενέλαον, ὅστις ὑμᾶς ἀντὶ τοιαύτης γυναικὸς ἐπὶ Τροίαν ἤγαγεν. Προ. οὐ λέγεις, ἀκάνθου μοι ἀτιατέον. Με. οὐκ ἐμὲ, ὦ βέλτιστε, ἀλλὰ Λιμαιότερον Πάριν, ὃς ἐμοῦ ζῶντος τὴν γυναῖκα, πρὸ πάντα γε λίθα, ἁρπάσας· οὐδὲ γὰρ οὐκ ἐμόνῳ, ἀλλ' ὑπὸ πάντων Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων ἄξιος ἀγχόνης, τοσούτοις θανάτου αἴτιος γεγενημένος. Προ. ἄμεινον ἔτω. οἰ δίκαιε, οὐκ ἀφήσω σε τὴν χαρὰν. Παλ. ἄθλιε ποιῶν, ὦ Πρωτεσίλαε· καὶ ταῦτα, ὁμότεχνον ὄντα δι. ἐρωτικὸς γὰρ καὶ αὐτὸς εἰμι, καὶ τῷ αὐτῷ θεῷ λατρεύω μαι. εἰρώτα δέ, ὡς ἀκούσομαί τι ὅτι, καί τις ὑμᾶς ἀνάγκη ἄγει, ἔνθα ἂν ἐθέλῃ, καὶ ἀδύνατόν ἐστιν, ἀντιτάξασθαι αὐτῷ. Προ. νὴ λέγεις· ἴσθι δέ μοι τὸν ἔρωτα ἐν ταύτῃ λαβεῖν δυνατὸν ὤν.

Aeace, imperfecta quidem domo relicta, & vidua vxore, quam nuper duxi, reddita, mortuus sum. Æ A C. *Accusa igitur Menelaum, qui vos omnes pro tali coniuge recuperanda contra Troiam duxit.* MEN. *Nequaquam me, sed multò iustius Parim, qui hospiti mihi vxorem contra omne ius eripuit. Hic enim non modò abs te, verùm ab omnibus tũ Græcis tũ Barbaris meritò strangulari debebat, vt qui tam multis mortis causa extiterit.* PROT. *Melius hoc. Proinde, malè nominate Pari, nunquam te dimittam è manibus.* PARIS. *Iniuriam adeònum facis Protesilaë, idque eò magis, quòd eandem tecum artem exerceo. Nam & amori etiam deditus ipse sum, & ab eo dè deo quasi vinctus teneor. Nosti autem quòd quædam sunt quæ inuitis nobis geruntur, & nescio quis deus nos ducit quocunq; ipsi placet, atque impossibile est illi repugnare.* PROT. *Rectè dicis. Vtinam igitur Cupidinem ipsum hîc comprehẽdere mihi liceat.*

Æ A C.

Αἰ. ἐγὼ δὲ καὶ περὶ τοῦ ἔρωτος ἀπολογήσομαι τὰ δίκαια. φύσει γὰρ αὐτὸς μὲν, τοῦ ἐρᾶν ὡς Πατρόκλῳ ἴσως γενήσεσθαι αἴτιος· τοῦ θανάτου δὲ οὐδενὸς ἄλλου, ὦ Προτεσίλαε, ἢ σαυτὸν, ὃς ἐπαθόμενος τῆς νεογάμου γυναικὸς, εἰθὺς περιέρριψας τῷ Τρωϊκῷ, οὕτω θαλλοκινδύνως καὶ ἀπονενοημένως πρωτόπλους τῶν ἄλλων, δόξης ἐρασθείς, δὶ ὃν πρῶτος ἐν τῇ ἀναβάσει ἀπέθανες. Προ. οὐκοῦν καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ σοι, ὦ Αἰακὲ, ἀπολογήσομαι δικαιότερα. οὐ γὰρ ἐγὼ τούτων αἴτιος, ἀλλ' ἡ μοῖρα, καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς οὕτως εἱμαρμένον. Αἰ. ἀρκεῖ. τί οὖν τούτους αἰτιᾷ;

Æ A C. At ego etiam pro Cupidine tibi respondebo quæ iusta videntur. Sic enim ille dicet, sese quidem Paridi fuisse fortassis causam amandi: sed mortis causam tibi fuisse neminem alium, quàm teipsum, Protesilaë, qui clam vxore nuper ducta, postquam appropinquabatis Troadi, ita omni contempto periculo, & velut desperatus ante reliquos omnes in littus exilijsti, gloriæ nimirum cupidus, propter quam & primus in egressu nauium occisus fuisti. PROT. Proinde & ego pro me ipso tibi, Aeace, respondeo multò iustiora quàm tu. Neque enim ego mihi horum causa fui, sed fatum, & quòd iam inde ab initio ita prædestinatum fuerat. Æ A C. Probè; quid ergo istos accusas?

IOANNIS SAMBVCI

ANNOTATIONES.

De Proteſilao, primo Græcorum, interfecto.

Atridi eripiens Helenam Priameïa proles,
Amiſit regnum poſt duo luſtra ſuum.
Proteſilaus erat, cecidit qui primus Achiuûm:
Ardoris Paridis cauſa Cupido fuit.

QVAMOBREM.] *Inueſtigatio facti.* Quia huius.] *cauſæ redditio.* Accuſa igitur Menelaum.] *Culpam in Menelaum reiicit.* Multò iuſtius Paridem.] *Verior cauſa.* Hic enim.] ἀποφρὰς, *ſtrangulatur Paris.* Mortis cauſa extitit.] ὀλεθρίους. Iniuriam adeónum.] *Ratio.* Idq; eò magis.] *Confirmatio μεθοδικὴ εἰς τὸ ἀναγκαῖον ϛοιχεῖον.* Rectè dicis vtinam.] ἐπίτασις ἢ ἀντί. At ego pro Cupidine reſpondebo.] ὑπόθεσις. Sic enim ille dicet.] ἀπολογία τῆς ἴρωϊκῆς ϖλάσεως ῥαθυμίας. Ita omni contempto.] τὸ ἄϑλον κύριον. Gloriæ nimirum.] τὸ ἄϑλητον. Proinde.] Ἐπίλογος μεθοδικὸς εἰς τὴν τῶν ϛοιχείων μοῖραν.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ, ΑΙΑΚΟΥ, Πυθαγόρου καὶ Σωκράτους.

MENIPPI ET Aeaci, Pythagoræ & Socratis.

Iacobo Micyllo interprete.

MENIPPVS.

ΠΡὸς τὸν Πλούτωνα, ὦ Αἰακὲ, ϖειράσομαί μοι τὰ ἐν Ἅιδου ϖάντα. Αι. οὐ ῥᾴδιον, ὦ Μένιππε, ἅπαντα, ὅσα μάλιστα λεγόμενα.

PEr Plutonem, ô Aeace, expone mihi quæſo hîc quæ apud inferos ſunt omnia. ÆACVS. Haud facilè, Menippe, omnia: verùm quæ ſummatim, & velu-

λαβόλη, μάνθανε. οὗτοι μὲν ὅτι Κέρβερός ἐστιν, οἶδα, καὶ τὸν πορθμέα τοῦτον, ὃς σε διεπέρασε, καὶ τὸν Πυριφλεγέθοντα ἤδη ἑώρακας ἰσιόντα. Μι. οἶδα ταῦτα, κἀγὼ, ὅτι πανωρεῖς. καὶ τὸν βασιλέα ἄλλον, καὶ τὰς Ἐρινύς. τοὺς δ' ἀνθρώπους μοι τοὺς πάλαι δεῖξον, καὶ μάλιστα τοὺς ἐπισήμους αὐτῶν. Α�ι. οὗτος μὲν Ἀγαμέμνων, οὗτος δ' Ἀχιλλεύς, οὗτος δὲ Ἰδομενεύς πλησίον· ἑπτὰ Ὀδυσσεύς, ἔπειτα Αἴας καὶ Διομήδης, καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Ἑλλήνων. Μι. βαβαὶ Ὁμηρε, οἱάδε τοι ῥαψῳδιῶν τὰ λιφάλεια χαμαὶ ἐρρίπται, ἄγνωστα καὶ ἄμορφα, κόνις πάντα, καὶ λῆρος πολύς, ἀμφηνὰ ὡς ἀληθῶς καρδῶα. οὗτος δέ, ὦ Αἰακέ, τίς ἐστιν; Αἰ. Κῦρός ἐστιν. οὗτος δὲ Κροῖσος, καὶ παρ' αὐτὸν Σαρδανάπαλος. ὁ δ' ὑπὲρ τούτους Μίδας, ἰκτί-

& veluti per capita indicari possunt, hæc accipe. Hic quidem quòd Cerberus sit, nosti. Deinde & portitorem hunc nosti, qui te traiecit: prætereà & lacum, [a] & Pyriphlegethontem iam vidisti cùm ingressus es. MEN. Noui hæc, & prætereà te quoq; quòd hîc in vestibulo sedes, atque aditum observas. Etiam regem ipsum vidi & Furias. Homines verò priscos quæso ostende, & maximè eos qui inter cæteros nobiliores fuêre. ÆAC. Hic quidé Agamemnon est, ille autem Achilles. [b] Rursum hic Idomeneus. qui propiùs assidet post hunc, Vlysses: deinceps Aiax, & Diomedes, & cæteri Græcorum præstantissimi. MEN. Papæ Homere, vt tibi Rhapsodiarum tuarum capita humi proiecta iacent, ignobilia atque obscura, cinis ac pulueris omnia, & nugæ meræ: denique (verè vt abs te dictum est) capita infirma & caduca. Sed hic, Aeace, quisnam est? ÆAC. Cyrus est, ille autem Crœsus, & iuxta ipsum Sardanapalus. Vltra hos autem Midas, & de-

ἐκεῖνος ὁ Ξέρξης. Μι. ἔτα σὲ, ὦ κάθαρμα, καὶ Ἑλλὰς ἐφεῖλκε, ζευγνύντα μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, διὰ δὲ τῶν ὀρῶν πλεῖν ἐπιθυμοῦντα; οἷός γε ὁ Κροῖσός ἐστι; καὶ Σαρδανάπαλον δέ, ὦ Αἰακέ, κατάξαι μοι κατὰ κόρρης ἐπίτριψον. Α�ι. μυδαλαμῶς· διαθρύψας γὰρ αὐτοῦ τὸ κρανίον, γυναικεῖον ὄν. Μι. ἐκεῖνον, ἀπὸ προσβλέξομαί γε καὶ τοῦτον ἀνδρογύνῳ ὄντι. Αἰ. βούλει σοὶ ἐπιδείξω καὶ τὸν Θρᾷττα; Μι. νὴ Δία γε. Αἰ. πρῶτος οὗτός σοι ὁ Πυθαγόρας ἐστί. Μι. χαῖρε, ὦ Εὔφορβε, ἢ Ἀπόλλον, ἢ ὅ,τι ἂν ἐθέλῃς. Πυ. νὴ, καὶ σύ γε, ὦ Μένιππε. Μι. οὐκ ἔτι χρυσοῦς ὁ μηρός ἐστί σοι; Πυ. οὐ γάρ. ἀπὸ φέρε ἴδω εἴ τι σοὶ ἐδώδιμον ἐν πήρᾳ ἔχεις. Μι. μὰ Δία, ὦ γαθὲ, ὅσον οὐ τοῦτό σοι ἐδώδιμον. Πυ. δὸς μόνον· ἄπαξ γὰρ ἐνταῦθα νεκροῖς δόγματα

inceps ille Xerxes. MEN. Et te, ô sceleste, tota exhorruit Græcia, iungentem pontibus Hellespontum, & per ipsos montes nauibus trahere affectantem? Qualis verò & ipse Crœsus est? Cæterùm Sardanapalo quæso huic, Aeace, permitte vt demulceam caput, inflicto colapho. ÆAC. Nequaquam: commimueres enim ipsi caluariam, mulierbris ac fragilis adeò cùm sit. MEN. At certè tamen amplexabor illum, vtpote semuirum ac mulierosum planè. ÆAC. Visne tibi ostendam & doctos illos? MEN. Per Iouem etiam. ÆAC. Primus en hic tibi Pythagoras est. MEN. Salue Euphorbe, siue Apollo, siue denique quodcunque voles. PYTHAG. Ita sanè, & tu ptique Menippe. MEN. Quid? an non amplius aureum istud femur habes? PYTHAG. Non: sed age cedo si quid manducabile tibi habet pera ista. MEN. Fabas habet, quare nihil hic est quod tu manducare queas. PYTHAG. Da modò. Nam hîc apud manes alia dogmata atq;

τα (ἔμαθον γάρ) ὡς ἀδίκῳ ἴσον, κύαμοι καὶ λιφαλαὶ ζωύμεν ἐνθάδε. Αἰ. οὗτος δὲ Σόλων, ὁ Ἐξηκεστίδου, καὶ Θαλῆς ἐκεῖνος, καὶ παρ' αὐτὸν Πιττακὸς, καὶ οἱ ἄλλοι. ἐπτὰ δὲ πάντες εἰσίν, ὡς ὁρᾷς. Μέ. ἅλυποι οὗτοι, ὦ Αἰακὲ, μόνοι, καὶ φαιδροὶ τῶν ἄλλων. ὁ δὲ πολὺς πολίως, ὥσπερ ἐγκρυφίας ἄρτος, ὁ ταῖς φλυκτα ίναις ὅλος ἐξωθηκώς, τίς ἐστιν; Αἰ. Ἐμπεδοκλῆς, ὦ Μένιππε, ἐμέμφθη ἀπὸ τῆς Αἴτνης παρών. Μέ. ὦ χαλκόπους βάτιστε, τί παθὼν σαυτὸν ἐς τὸν λιπαρᾶ ἐνέβαλες; Ἐμ. μελαγχολία τις, ὦ Μένιππε. Μέ. οὐ μὰ Δία, ἀλλὰ λιφοδοξία καὶ τύφος, καὶ πολὺ μόρυξα, ταῦτά σε ἀπολωβάκωσεν αὐτοῖς λιγυπίοις ἐκ ἄξιον ὄντα. καλῶ δὲ ἀλγεῖ σε τὸ σῶμα ὄνυξ. ἐφωράθης γάρ ἦθος. ὁ Σωκράτης ἦ, ὦ Αἰακὲ, πῦ

ta atque instituta didici: nempe quòd nihil hîc inter se similes sunt fabæ & patrantium testiculi. ÆAC. Porrò hic Solon est, filius Execestidis. præterea ille Thales, & iuxta ipsos Pittacus, & cæteri illi: septem autem omnes sunt, vt vides. MEN. Læti hi sunt, Aeace, soli, atque alacres præter cæteros. Sed hic oppletus cinere, tanquam subcinericius panis aliquis, hic crebris pustulis quasi sufferuefactus, quisnam est? ÆAC. Empedocles, Menippe, semicoctus ab Aetna monte huc profectus. MEN. O' æripes optime, quid obsecro acciderat tibi, cur teipsum in crateres Aetnæ inijceres? EM. Insania quædam, Menippe. MEN. Non, per Iouem, sed inanis quædam gloriæ affectatio, & fastus, & multa dementia; hæc te conflagrare fecerunt vnà cum ipsis crepidis, cùm dignus minimè esses. Veruntamen nihil tibi commentum istud profuit. deprehensus enim es & ipse mortuus. Cæterùm Socrates ille, Aeace, vbi locorum

rum

πῶ ποτ' ἄρα ἔχει; Α�ι. μετὰ Νέστορος καὶ Παλαμήδους ἐκεῖνος λῆρεῖ τὰ πολλά. Μέ. ὅμως ἐβουλόμην ἰδεῖν αὐτὸν, εἴπου ἐνθάδε ἐστίν. Α�ι. ὁρᾷς τὸν φαλακρὸν; Μέ. ἅπαντες φαλακροί εἰσιν, ὥστε πάντων ἂν εἴη ζῶν τὸ γνώρισμα. Α�ι. τὸν σιμὸν λέγω. Μέ. καὶ τοῦτ' ὄμοιον, σιμοὶ γὰρ ἅπαντες. Σω. ἐμὲ ζητεῖς, ὦ Μένιππε; Μέ. καὶ μάλα, ὦ Σώκρατες. Σω. τί τοὶ ἐν Ἀθήναις; Μέ. πολλοὶ τῶν νέων φιλοσοφεῖν λέγουσι· καὶ τὰ σχήματα αὐτὰ καὶ βαδίσματά τις ἂν ἴδοι φιλόσοφοι μάλα πολλοί· τὰ δὲ ἄλλα ἐράκας, οἶμαι, οἵ τε ἐπιπαρά σοι Ἀείσιππος, καὶ Πλάτων αὐτὸς, ὁ μὲν ἀφωνίων μύρου, ὁ δὲ τὸς ἐν Σικελίᾳ τυραννοῦντας θεραπεύειν ἐπιμαθών. Σω. περὶ ἐμοῦ δὲ τί φρονοῦσιν; Μέ. εὐδαίμων, ὦ Σώκρατες, ἄνθρωπός ἐσσι, τάχα διακῶτα. πολυτρόπου

rum tandem est? ÆAC. *cum Nestore ac Palamede ille plerunq; nugatur.* MEN. *Cuperem tamen videre ipsum, si cubi locorum hic foret.* ÆAC. *Vidésne caluum illum?* MEN. *At omnes hîc calui sunt, quare omnium æquè notatio hæc fuerit.* ÆAC. *Simum istum dico.* MEN. *Etiam hoc simile omnium est: nam & simi omnes sunt.* SOCR. *Méne quæris, Menippe?* MEN. *Teipsum, Socrates.* SOCR. *Quo pacto res Athenis se habent?* MEN. *Multi iuniorum philosophari se profitentur: ac habitum certè ipsum & incessum si quis aspiciat, meri philosophi videntur, admodum multi. Cæterùm autem vidisti opinor qualis & Aristippus huc ad te venerit, & Plato ipse, alter quidem olens vnguenta, alter autem in Sicilia tyrannis adulari doctus.* SOCR. *At de me quid sentiunt?* MEN. *Beatus, Socrates, quispiam es, quod ad huiusmodi res vtique pertinet.*

τὸν ἄνδρα θαυμάσιον οἴονται ἄνδρα γεγονέναι, καὶ πάντα ἐπίστασθαι ταῦτα (δεῖ γὰρ, οἶμαι, τἀληθῆ λέγειν) ὄντα ἀμαθέστατα. Σω. καὶ αὐτὸς ἔφασκον ταῦτα πρὸς αὐτοὺς, οἱ δὲ εἰρωνείαν ἔφασκον τὸ πρᾶγμα εἶναι. Μέ. τίνες δὲ οὗτοί εἰσιν, οἱ περὶ σέ; Σω. Χαρμίδης, ὦ Μένιππε, καὶ Φαῖδρος, καὶ ὁ τοῦ Κλεινίου. Μέ. εὖγε, ὦ Σώκρατες, ὅτι καὶ ἐνταῦθα μετὰ τοῦ σαυτοῦ τρόπου, καὶ οὐκ ὀλιγωρεῖς τῶν καλῶν. Σω. τί γὰρ ἂν ἄλλο ἥδιον πράττοιμι; ἀλλὰ πλησίον ἡμῶν κατάκλιθι, εἰ δοκεῖ. Μέ. μὰ Δί' ἔγωγε· ἐπὶ Κροῖσον γὰρ καὶ Σαρδανάπαλον ἄπειμι, πλησίον οἰκήσων αὐτῶν· ἔοικα γὰρ οὐκ ὀλίγα γελάσεσθαι, οἰμωξόντων ἀκόντων. Αἰ. κἀγὼ ἤδη ἄπειμι, μὴ καί τις ἡμᾶς νεκρῶν λάθῃ διαφυγών· τὰ πολλὰ δ' ἐνταῦθις ὄψει, ὦ Μένιππε. Μέ. ἄπιθι, καὶ ταυτὶ γὰρ ἱκανά, ὦ Αἰακέ.

net. Omnes itaque te admirabilem fuisse virum existimant, atque omnia cognouisse hæc (decet enim opinor verum hîc dicere) cùm nihil scires. SOCR. Et ipse dicebam hæc ad illos, sed illi tum simulationem quandam eam rem esse putabant. MEN. Sed quinam isti sunt circa te? SOC. Charmides, Menippe, & Phædrus, & Cliniæ filius ille. MEN. Euge Socrates, quoniam & hîc artem tuam exerces, neque formosos istos negligis. SOC. Quid enim aliud quod quidem suauius sit, agerem? Sed huc propiùs nobiscum recumbe, si videtur. MEN. Non, per Iouem: ad Crœsum enim & Sardanapalum redeo, prope illos habitaturus. Videor quippe mihi non pauca habiturus ibi esse quæ rideam, quando plorantes illos audiam. ÆAC. Et ego quoque iam abeo, ne quis mortuorum clam nobis subducat sese. Pleraque autem alia videbis, Menippe, quando iterum conueniemus. MEN. Abeas licet: nam & hæc Aeace vidisse sufficit.

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a Et Pyriphlegethontem.] *Pyriphlegethon fluuius inferorum, de quo Lucian. de Luctu.* *b* Rursum hic Idomeneus.] *Deucalionis filius, rex Cretensium, qui strenuè contra Troianos militauit. Tandem euersa Troia cùm patriam nauigare vellet, subitò oborta tempestate, pro salute sua superis vouit, si Neptunus incolumem illum domum reduceret, se illud, quodcunq; primùm occurreret, immolaturum. Contigit autem, vt eius filius primus illi fieret obuius, quem quum immolare vellet, ob immanitatem suam à ciuibus regno pulsus, fugit in Calabriam, vbi iuxta Salentinum promontorium, ciuitatem condidit. Virgil. 3. Aneid.*

Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomoneus, &c.

IOANNIS SAMBVCI ANNOTATIONES.

Αἰακὸς, Ἀιδωνεὺς, καὶ ἀφανὴς:

Aeacus ostendit qui sunt in Ditis auerno
Obscuros manes, sulphureosq; locos.
Dein etiam bello fortes, multosq; sophorum,
Quorum aliquot ridet ipse Menippe miser.

Per Plutonem.] *ἀξίωσις.* Haud facilè.] *προσοχὴ, καὶ κατάπληξις.* Hic quidem.] *διεξοδικὴ ἀφήγησις.* Noui hæc.] *μυθολογία.* Homines verò.] *ἀξίωσις.* Agamemnon est.] *ἡ ὄψις: commonstrat illi primùm duces, reges & imperatores.* Papæ Homere.] *θαυμασμός.* Ibi rhapsodiarũ.] *Homerus pater fabularũ.* Capita humi proiecta.] *ἀμφίλινα κέφαλα capita sine robore, clausula frequens apud Homerum.* Deinde ille.] *ἀποστροφὴ ad Xerxem.* Cæterùm.] *Petitio de Sardanapalo, nequaquã recusatio.* Comminueres enim.] *σκῶμμα.* Vis me tibi.] *Transitio ad doctos.* Aeripes optime.] id est, *Empedocles, qui se in Aetnam ex melancholia coniecit.* Inanis quædam.] *à causis.* Hæc te conflagrare.] *Alludit ad id, quòd Empedocles dicitur aëreis crepidis*

vsus

vsus fuisse, vt est apud Diogenem. Simum istum.] ἔκφασις *à notis vel signis.* Méne quæris.] ἐρωτηματικόν. Quo pacto.] ἀποφατικόν. Beatus.] *Iudicium superorum de Socrate.* Sed quinam.] οἱ περὶ τὸν σωκράτην. Ad Crœsum.] *Redit ad Crœsum & Sardanapalum.* Videoquippe.] ἀντιφωνίζειν τὸν Ἀφέλειαν.

ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΥ, Πλούτωνι & τῇ Περσεφόνῃ.

PROTESILAI, Plutonis & Proserpinæ.

Iacobo Micyllo interprete.

PROTESILAVS.

Ὦ Δέσποτα, καὶ βασιλεῦ, καὶ ἡμέτερε Ζεῦ, καὶ σὺ Δήμητρος θύγατερ, μὴ ὑπερίδητε δεήσεων ἐρωτικῶν. Πλού. σὺ δὲ τίνος δέῃ παρ' ἡμῶν; ἢ τίς ὢν τυγχάνεις; Πρω. ἐμοὶ μὲν Πρωτεσίλαος, ὁ Ἰφίκλου, φυλάκη, συστρατιώτης τ' Ἀχαιῶν, καὶ πρῶτος ἀποθανὼν τ' ὑπ' Ἰλίῳ· δι' ὃ μικρὸν ἄνω πεμφθεὶς πρὸς ὀλίγον ἀναβιῶναι πάλιν. Πλού. ἔστιν ἢ ἔρωτα, ὦ Πρωτεσίλαε, πάντων νεκρῶν ἐρῶσι, πολὺ δὲ ἧττον ἂν αὐτῶν τύχοις. Πρω. ἀλλ' ὁ τοῦ βίου, ἀλλὰ τοῦτον.

O Domine, ô rex, ô noster Iupiter, & tu Cereris filia, ne despicite preces amatorias. PLVT. Tu verò quid precaris à nobis, aut quis denique es? PROT. Equidem Protesilaus sum, filius Iphicli, patria Phylacensis, qui cum reliquis Græcis in expeditione ad Troiam profectus, ac primus omnium contra Ilium pugnando occisus sum. Precor autè, vt dimissus hinc, modicum temporis in vitâ redire denuò permittat. PLVT. Hunc amorem, Protesilaè, omnes mortui amant: sed nullus tamen ipsorum potitur eo. PROT. At non vitam, ô Pluto,

Αἰδωνεῦ, ἐρῶ ἔγωγε, τῆς γυναικὸς ἀ, λὼ νεόγαμον ἔτι ἐν τῷ θαλάμῳ καταλιπὼν, ὠχόμην ἀπλέων, ἔπειτα ὑπὸ κακοδαίμονι ἐν τῇ ἀποβάσει ἀπέθανον ὑπὸ τοῦ Ἕκτορος. ὁ δὲ ἔρως τῆς γυναικὸς οὐ μετρίως ἀπεκαίει με, ὦ δέσποτα· καὶ βούλομαι μικρὸν πρὸς ὀλίγον ὀφθεὶς αὐτῇ, καταβῆναι πάλιν. Πλού. οὐκ ἔπιες, ὦ Πρωτεσίλαε, τὸ Λήθης ὕδωρ; Πρω. καὶ μάλα, ὦ δέσποτα. τὸ δὲ πρᾶγμα ὑπέρογκον ἐφάνη. Πλού. ἀκοῦσον σιμήνου, ἀφίξεται γὰρ ἐκείνη ποτὲ, καὶ ὀλίγου σε ἀναλαβεῖν δόξει. Πρω. ἀπ' ὀ φέρω τοῦ διατριβοῦ, ὦ Πλούτων. ἀράθυμός δὲ καὶ οὐτὸς ἄλλη, καὶ οἶδα οἷον τὸ ἐρᾶν ἐστιν. Πλού. ἔπειτα τί σε ὀνήσει, μίαν ἡμέραν ἀναβιῶναι, μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ ὀδυρόμενον; Πρ. οἶμαι πᾶσαν μηχανὴν ἀκολουθεῖν παρ' ὑμᾶς, ὥστε ἀνθ' ἑνὸς, δύο νεκροὺς λήψῃ μετ' ὀλίγον. Πλού. ὀθέμις γένεσθαι ταῦτα, οὐδὲ ἐγγύς πώποτε. Πρω. ἀναμνήσω σε, ὦ Πλούτων.

Pluto, tãtopere amo, verùm equidẽ vxorem, quam nuper ductam, domi reliqui, atq; in bellum nauigando profectus sum: deinde infelix in egressu nauiũ [a] ab Hectore occisus sum. Amor itaq; iste vxoris nõ mediocriter me, ô Domine, enecat: voloq; si vel paululũ ab ipsa conspectus fuero, rursum huc descendere. PLVT. Non bibisti, Protesilaẽ, aquã Lethæam? PRO. Bibi equidẽ, sed hæc res præualuit pondere. PLVT. Igitur expecta: aduenies enim & illa quandoq;, neq; nunc opus quicquam erit iterum ascendere te PROT. Sed moram hanc ferre nequeo. Amâsti autem tu quoq; aliquãdo, ac nosti qualis res amor sit. PLVT. Et quid adeò iuuabit te vnum diem reuiuiscere, deinde autẽ paulò pòst eadẽ hæc lugere? PRO. Spero me etiã illã adductũ esse, vt huc ad vos sequatur me: quare pro vno mortuo paulò pòst duos recipies. PLV. Haud fas est ista fieri: neque etiam simile vnquam factum est. PROT. At ego in memoriam tibi reuocabo, Pluto.

Nam

Ορφεῖ γὰρ δι' αὐτὴν ταύτην τὴν αἰτίαν τὴν Εὐρυδίκην τὴν γυναῖκα ἀπεδώκατε, καὶ τὴν ὁμογνῶμονα ἐμὲ Ἄλκηστιν παρεκαλέσατε, Ἡρακλεῖ χαριζόμενοι. Πλ. Θελήσεις δ' ἂν καὶ σὺ τὸν γυμνὸν τοῦτον, καὶ ἄμορφον, τὴν καλήν σου ἰδεῖν νύμφην φανῆναι; πῶς δ' ἂν ἐκείνη προσόψεταί σε, ἢ πῶς ἀσπάσεται μιαρόν; φοβήσεται γὰρ εἰκὸς ὀλέθριον, καὶ φεύξεταί σε, καὶ μάτην ἴσως τοσοῦτον ὁδὸν ἀνήλυθες. Περ. ἄπιθι, ὦ ἄνερ, σὺ καὶ τοῦτ' ἴασαι, καὶ τὸν Ἑρμῆν κέλευσον, ἀπαλλάξαι ἐν ᾧ φασὶ ἅλῃ ὁ Πρωτεσίλαος ἢ, καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ, νεανίαν ἀθρόως καλὸν ἀπεργάσασθαι αὐτὸν, οἷος ἦν ἐκ τοῦ πρώτου. Πλ. ἐπεὶ Περσεφόνῃ σωφρονεῖ, ἀναγαγὼν τοῦτον αὖθις ποίησον νυμφίον. σὺ δὲ μίμνησο, μίαν λαβὼν ἡμέραν.

Nam [b] Orpheo ob ipsam hanc causam Eurydicen vxorem reddidistis: & cognatam meam Alcestin emisistis, Herculi gratificantes. PLVT. Optaris autè, cum ista nuda atque deformi caluaria, formosæ illi sponsæ tuæ in conspectũ veniret? Quo pacto autem illa etiam aspiciat te, quæ ne dignoscere quidem amplius te poterit? Terrebitur enim, sat scio, atque aufugiet, tuq; frustra tantùm iter exantlaueris. PROSERPINA. Proinde mi vir, tu isti quoque rei medicinam aliquam adhibe, ac Mercurium iube, vt postquam ad lucem peruenerit Protesilaus, contactum virga, mox in adolescentem formosum conuertat illum, qualis videlicet antea fuit cùm ex sponsæ thalamo prodiret. PLVT. Quoniam, Proserpina, & tibi hoc videtur, age perductum hunc iterum ad superos, Mercuri, sponsum facito. Tu verò memineris, non amplius quàm vnum diem tibi permissum esse.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a Ab Hectore.] *Hector Priami Regis filius, Troianorum omnium præstantissimus & fortissimus: dictus, authore Platone, ab ἴχω, defendo, quòd vrbem contra hostium impetum tenuerit, patriamq; seruârit.* b Orpheo.] *Fabula de Eurydice vxore Orphei, satis ex quarto Georgicôn Virgilij nota est.*

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ Τειρεσίου.

MENIPPI ET Tiresiæ.

Iacobo Micyllo interprete.

MENIPPVS.

Ω Τειρεσία, εἰ μὴ τυφλὸς εἶ, ἐκεῖνα δῆλα γνῶναι ῥᾴδιον. ἄνωσι γὰρ ἡμῖν ὅμοια τὰ ὄμματα λιφὰ, μόνον δὲ αἱ χῶραι αὐτῶν, τὰ δ' ἄλλα, ἐπεὶ τ' ἂν αὐτῶν ἔχοις, τίς ὁ Φινεὺς ἦν, ἢ τίς ὁ Λυγκεύς· ὅτι μὲν γὰρ μάντις ἦσθα, καὶ ὅτι ἀμφοτέρα ἐγένου, μόνος δὴ καὶ γυνὴ, τῶν ποιητῶν ἐπύθοντο, οἶδα· πῶς δὲ τῶν θεῶν ζηλωτὸν ἐπί μοι, ὁπότερον ἡσθεὶς ἡδίονος τοῦ βίου, ἐπότε ἀνὴρ ἦσθα, ἢ γυνὴ γενόμενος;

Τε.

AN verò & a cæcus sis, Tiresia, non amplius cognitu facile est: nobis enim cunctis æquè sunt vacui oculi, ac solæ illorũ sedes relictæ: quod autem ad cætera attinet, nõ facilè dixeris, qui Phineus, aut qui Lynceus fuerit. At verò quòd vates fueris, & quòd vtrunq; solus teipsum perhibueris marem ac fœminam, auditis aliquando poëtis noui. Proinde per deos dic mihi, vtram vitã expertus es suauiorem, vírne quãdo fuisti, an cũ fœmina?

TIRE.

Τε. ἀμείνων ἦν παραπολύ, ὦ Μένιππε, ὁ γυναικεῖος ἀπραγμονέστερος γάρ, καὶ ἀπόστροφοι τὰ ἀνδρῶν ἃ γυναῖκάν. καὶ ὅτι πολεμεῖν ἀνάγκη αὐτοῖς, ὅτι παρ' ἴπαλξιν ἰσάναι, ὅτ' ἐν ἐκκλησίᾳ ἀμφίρυτοι, ὅτ' ἐν δικασηρίοις ἐξετάζεσθαι. Μι. ἠ γὰρ ἀκήκοας, ὦ Τειρεσία, τῆς Εὐριπίδου Μηδείας, οἷα εἶπεν, Οἰκτείρουσα τὸν γυναικεῖον, ὡς ἀθλίας οὔσας, καὶ ἀφόρητόν τινα τὸν ἐκ τῶν ὠδίνων πόνον ὑφισαμένας; ἀτὰρ εἰπέ μοι (ὑπέμνησε γὰρ μετὰ τῆς Μηδείας ἰαμβεῖα) καὶ ἔτικτον ποτὲ ἐπότε γυνὴ ἦσθα; ἢ σεῖρα καὶ ἄγονος διετέλεσας ἐν ἐκείνῳ τῷ βίῳ; Τε. τί τοῦτο, ὦ Μένιππε, ἐρωτᾷς; Μι. ἀλλ' ἀναγκαῖον, ὦ Τειρεσία. πλὴν ἀπόκεινται, εἰ σοὶ ῥᾴδιον. Τε. ἀ σεῖρα μὲν οὐκ ἦν, οὐκ ἔτικον δ' ὅμως. Μι. ἱκανὸν τοῦτο. εἰ γὰρ καὶ μίαν ἔσχες, ἱλεώς μοι ἀδεῖν. Τε. ἔσχον δύο παῖδε. Μι. χάρις δέ σοι ἡ μήτρα ἀφανίσθη, καὶ τὸ μόριον τὸ γυναικεῖον ἀπεφράγη καὶ οἱ μα-

TIRE. *Potior multò fuit, Menippe, muliebris vita: expeditior enim, & dominãtur quoq; viris mulieres: neq; ipsis necesse est in bellũ proficisci, neq; ad propugnacula stare, neq; in cõciombus dissidere, neq; in foro atq; iudicijs contẽdere.* MEN. *Quid? an nõ audîsti Tiresia Euripidis Medeam, qualia dixerit cùm mulierum genus deplorãdo commemorat? quàm miseræ sint, & intolerabilem parturiendo laborem sustineant? Verùm dic mihi (cõmonefecerunt enim me versiculi isti Medeæ) peperistine etiã aliquando cùm mulier esses: an verò sterilis & absq; semine vitam illam degisti?* TIR. *Quid hoc, Menippe, interrogas?* MEN. *Nihil acerbè, Tiresia: verùm respõde, si tibi molestum non est.* TIR. *Nõ fui sterilis quidẽ, sed neq; peperitamẽ.* MEN. *Sufficit hoc. Vtrum enim & vuluam habuisses, scire volebam.* TIR. *Habui scilicet.* MEN. *Successu aũt temporis vuluáne illa euenit, & membrum muliebre obturatum est, mamil-*

θοὶ ἀπιτάθησαν, καὶ τὸ ἀνθρώπου ἀνεφύη, καὶ πώγωνα ἐξήνησας; ἢ αὐτίκα ἐκ γυναικὸς ἀνὴρ ἀνεφάνης; Τει. ἐγὼ ὁρῶ τί σοι βέλτιον τὸ ἐρώτημα. δοκῶ δ' ὅμοι ἀπιστεῖν, ἢ ταῦθ' ὕτως ἐγένετο. Μί. ἐγὼ γὰρ ἀπιστῶν, ὦ Τειρεσία ταῖς τοιαύταις, ἀλλὰ δαιθάπερ τινα βλάκα, μὴ ἐξιτάζοντα ἔτι λωΐατά ὅτιν, εἴτε καὶ μὴ, παραδέχεσθαι; Τει. σὺ ὅμως δὴ τάχα πιστεύεις ὕτω γενέσθαι, ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς, ὄρνια ἐκ γυναικῶν ἐγένοντό τινες, ἢ λεύκη, ἢ θυεία, ἢ τὼ Ἀηδόνα, ἢ τὼ Δάφνιδε, ἢ τὼ τὸ Λυκάονος θυγατέρα; Μί. ἰὼ πῦ μοι κατανάλωσας ἐντύχω, ἔσομαι ὅ, τι καὶ λέγωσι. σὺ δέ, ὦ βέλτιστε, ὁπότε γυνὴ ἔσθα, καὶ ἐμαντεύου τότε, ὅσπερ καὶ ὕστερον, ἢ ἅμα ἀνὴρ καὶ μάντις ἔμαθες ἂν; Τει. ὁρᾷς, ἀγνοεῖς τὰ περὶ ἐμὲ ἅπαντα, ὡς

leáque iterum complanatæ, deinde virile succreuit, & barbam produxisti, an verò repentè ex muliere vir factus prodijsti? TIR. Non video quid sibi velit interrogatio hæc. Videris autem mihi pro dubio habere, factúmne hoc ita sit, an' non. MEN. Quid? an' non dubitare, Tiresia, de huiusmodi rebus conuenit, sed perinde ac fatuum aliquem, non perpensis, fierine possint, an' non, protinus pro veris recipere? TIR. Tum tu igitur neque cætera credis hoc pacto contigisse, puta quum audieris vt quædam ex mulieribus aues factæ sint, aut arbores, aut feræ, Philomela videlicet, aut Daphne, aut Lycaonis istius filiæ? MEN. Quòdsi quando & in illas incidero, tum quid ipsæ dicant quoque, scibo: tu verò, ô optime, ecquid cùm mulier esses, vaticinatus quoque es tum, quemadmodum & postea? an verò pariter & vir & vates didicisti esse? TIR. Vides vt cuncta ea quæ de me feruntur, ignoras? puta

ὡς ἡ Λήλυσά τινα ἕνεκα τῶν θεῶν, ἡ ἡ Ἥρα ἐπήρωσέ με, ὁ δὲ Ζεὺς παρημυθήσατο τῇ μαντικῇ τἀγαθὸν συμφορᾷ. Μέ. Ἔτι ἔχεις, ὦ Τειρεσία, τῶν ψευσμάτων; ἀπὰ καλὰ τὰς μάντεις τοῦτο ποιᾶς, ἐθὸς γὰρ ὑμῖν μηδὲν ὑγιὲς λέγειν.

puta quo pacto & litem quandam Deorum diremi, & Iuno visu me priuauit: Iupiter autem in solatium damni eius, vaticinandi artem mihi dedit? MEN. Adhúcne Tiresia mendacijs istis caperis? Sed facis hoc more vatum. Consuetum enim vobis hoc est, nihil iam sani dicere.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a CAECVS sis Tiresia.] *Tiresias fuit Thebanus vates, captus luminibus, quòd Minervam lauantem inspexisset. Fabulantur quoq; poëtæ, eum in fœminam è mare fuisse mutatum, de quo vide Ouid. 3. Metamorph. apud quem, vtrumq; sexum expertus, muliebrem pronunciat suauiorem.*

ΚΑΤΑΠΛΟΥΣ Ἢ ΤΥΡΑΝΝΟΣ. CATAPLVS SIue Tyrannus.

ΧΑΡΩΝΟΣ, ΚΛΩθώς, Ἑρμῆ, Κυνίσκε, Μεγαπένθους, Μικύλλε, Πλουσίε, Τισιφόνης, Ῥαδαμανθύες, — Κλίνης καὶ Λύχνε.

CHARONTIS, Clotho, Mercurij, Cyniſci, Megapenthi, Micylli, Diuitis, Tisiphonis, Rhadamanthi, Lecti, & Lucernæ.

Petro Mosellano interprete.

ARGVMENTVM.

VTi suprà in Menippo, diuitum exitus ac pœnas descripsit recitato etiam decreto, quo animæ illorũ in asinos migrare iubentur, ita hîc sub Megapenthis persona, Tyrannorũ vitam, mores, exitus, & quæ tandem post hanc vitam, animorum supplicia & cruciatus illos maneant, exponit: amplificatis etiam his antithesi quadam, dum sutorem Micyllũ, & philosophum Cynisçum,

vtrunq; pauperem, alterum etiam virtuti ac ſapientiæ deditum, cũ illo cõponit. Illud videlicet innuens, quòd qui potentiã & diuitias ſectãtur, & vitã plerunq; peſſimam atq; nequiſſimam agant, mortẽ quàm grauiſſimo animo patiantur. Cõtrà aũt qui à rebus iſtis mundanis, ijſdemq; malorũ omniũ principijs & cauſis, animũ remotũ ac liberũ habent, quiq; virtutẽ præ ijs quę vulgus appetit & miratur, colunt, illos & mortẽ contẽnere ſolere, neq; vllis cõſcientię flagris facilè perterreri. Tractat aũt hęc pro more ac inſtituto ſuo, fabuloſo rurſum dramate quodã ficta vmbrarũ transfretatione apud Acherontẽ: in qua dum & tyrannus hic traijciẽdus foret, mora cęteris, renitente ac mortẽ deprecante illo, inijcitur. Quã rem Charonte atq; alijs grauiter ferẽtibus, tandẽ Mercurius collo attractũ illum in nauẽ compellit, adiuuãtibus ad id pauperibus illis Cyniſco & Micyllo. Porrò vbi iam traiectum eſſet, rurſus apud Rhadamanthũ eodem pacto iudicium ſubterfugere velle idem fingit: ſed tamen & ibi in medium protractus, & à Cyniſco accuſatus, extremo tandem ſupplicio damnatur.

CHARON.

Ἰφ, ὦ Κλωθοῖ, τὸ μὲν σκάφος τοῦτο ἡμῖν πάλαι ἀφρικτὶς, καὶ πρὸς ἀναγωγὴν οὐ μάλα παρασκευασμένον, ὅ, τι γὰρ ἄντλου ἐκκέχυται, καὶ ὁ ἱστὸς ὤρθωται, καὶ ἡ ὀθόνη παρακέκρυται καὶ τῶν ἐμπόρων ἑκάστη τετρόπωται. καλύα τι ἐστὶν, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, τὸ ἀγχύρειον

Age verò, ô Clotho, nauis quidẽ hæc iamdudum nos expectat parata, & ad nauigationem cõmodè admodũ inſtructa, ſiquidẽ et ſentinã exhauſimus, & malũ ereximus, tum & velum eſt paſſum, ac remi ſuo loco collocati omnes, ita vt (quod in me eſt) obſtet planè nihil quin anchora ſubo

φορ ἀναπάσαντας ἀφπλέμ. ὁ δ' Ερμῆς βραδυώα, πάλαι παρεῖναι λιορ. λυγὸν γὰρ ἐπιβατῶν, ὡς ὁρᾷς, τὸ πορθμεῖον, πρὶς ἅλη τέμιρον ἀναπλωκγόαι δυνάμψορ, καὶ σχιδὸν ἀμφὶ βυλυτόν ὄμ, ἡμᾶς ὃ ἀδίκπο δὲ ὀβολὸν ἐμπιπολύκαμψ. ἔτα ὁ Πλούτωρ, ἐῦ οἶδ', ὅτι ἐμὲ βαθυμεῖμ ἐμ τόδις ἐπολύψιζαι, καὶ ταῦτα παρ' ἄλλφ οὔσης τ' αἰτίας. ὁ δὲ μαλὸς ἡμῖρ ἡφγαθὸς νικροπομπὸς, ὥσπερ τις ἄλλος, καὶ αὐτὸς ἄνω τὸ τ' Λήθης ὕδωρ πιπωκὼς, ἀνασρίψαι πὸς ἡμᾶς ἐπιλέλησαι. καὶ ἴσι παλαίει μετὰ τῶρ ἐφήβωρ, ἢ διαθεείσα, ἢ λόγος τινὰς διεξέρχεται, ἐπιδακνύμψ τὸρ λῦρόρ τὸρ αὐτῦ· ἢ τάχα πε καὶ κλωπεύει ὁ γραναδας παιδάρ. μία γὰρ αὐτῦ καὶ αὕτη τῶρ τεχνῶρ. ὁδ' ὅρ ἐλθοιεάζαι πὸς ἡμᾶς, καὶ ταῦτα, ἐξ ἀμίσπας ἀμίτιρ ὤρ.

Κλω.

ra ſubtracta iam hinc ſoluamus. Verùm Mercurius, quì iam diu adeſſe debuiſſet, ſolus eſt in mora. Itaq; quum hodie iam ter traieciſſe liquiſſet, vectoribus, vt vides, adhuc vacuum eſt nauigiũ, & iam ad veſperam vergit dies: nos autem nondum ne obolum quidem demeruimus. Porrò Pluto, ſat ſcio, me huius moræ auctorem ſuſpicabitur, idq; quum apud alium ſit negocij culpa. Ille autem bonus & egregius vmbrarum dux, quemadmodum & alius quiſpiam ex vmbris, hauſto apud ſuperos obliuionis fonte, ad nos redire oblitus eſt: & vt conijcio, cum ephebis luctatur, aut citharam pulſat, aut fabulas aliquas denarrat, ſcilicet quàm ſit bellus mugator oſtentans: veletiam interim dum regreditur, inter viam furandi ſtudio forſan occupatur. nam ex[a] artibus quas profitetur, hæc vel præcipua eſt. Ad hunc ergo modum pro ſuo arbitrio liberè nobiſcum agit, nihil etiam veritus quòd media ex parte eſt noſter.

Κλω. τί δὲ οἶδας, ὦ Χάρων. ἤ τις ἀσχολία πρόσκειται αὐτῷ, τῷ Διὶ ἐπὶ πλέον διαθύειν & ἀρχόμενον πρὸς τὰ ἄνω πράγματα; δεσπότης ἦν καὶ βασιλεύς ὅδε. Χά. ἀλλ' οὐχ οὕτως, ὦ Κλωθοῖ, πέφυκε τὸ μέτρον διατρίβειν κοινῷ κτήματι & ἐπὶ πλέον ἡμῶν αὐτὸν ἐπισχεῖν δίκαιον καταπλήκαμεν. ἀλλ' ἐγὼ οἶδα τὴν αἰτίαν. παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ ἀσφόδελος & μόνον, καὶ χοαὶ, καὶ πόπανα, καὶ ἐναγίσματα, τὰ δ' ἄλλα, ζόφος καὶ ὁμίχλη καὶ σκότος. ἐν δὲ τῷ οὐρανῷ φασὶ θρὰ πάντα, καὶ ἔτι ἀμβροσία πολλή, καὶ τὸ νέκταρ ἄφθονον, ὥστε μοι ἥδιον παρ' ἐκείνοις βραδύνειν ἔοικε. καὶ παρ' ἡμῶν μὲν ἀνέπλατται, καθάπερ ἐκδιδράσκων τινὸς ἀφιδιδράσκων. ἐπειδὰν δὲ καιρὸς κατίσχῃ, σχολῇ καὶ βάδην, μόγις ποτὲ κατέρχεται. Κλω. μηκέτι χαλέπαινε, ὦ Χάρων·

CLOTHO. *At quid noſti, ô Charon, an negocio aliquo detineatur, Ioue videlicet poſtulante, vt in procurandis Superûm rebus plus quàm iuſtum tempus inſumat? Herus autem eſt & ille.* CHAR. *At non ita, vt vltra iuſtum modum communi mancipio debeat imperitare: quando nos, cùm abeundi tempus eſſet, ne vnquam quidem eum detinuimus. Sed ego rei cauſam propemodum coniecturis aſſequor: nempe apud nos malua tantùm eſt cum libamentis, & placentulæ, ſilicernia q; cætera verò caligo & nebula, tenebræq; : in cœlo autem, præterquam quòd clara ac lucida ſint omnia, ambroſia multa pariter & nectar affatim ſuppetit, adeò vt mihi quoque hoc nomine ſuauius lubentiusq; apud illos cunctari videatur. quin & à nobis ſubuolare conſueuit, perinde ac ſi è carcere aliquo aufugeret. vbi verò deſcendendi fuerit tempus, lentè admodum & pedetentim vix tandem accedit.* CLOTHO. *Mitte iram iſtam, ô Charon,*

ρον πλησίον γὰρ αὐτὸς οὗτος, ὡς ὁρᾷς, πολλούς τινας ἡμῖν ἄγων, μᾶλλον δέ, ὥσπερ τι ἀγώνιον, ἀθρόους αὐτοὺς τῇ ῥάβδῳ σοβῶν. ἀλλὰ τί τοῦτο; δεδεμένον τινὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ ἄλλον γελῶντα, ἵνα δὲ τινα καὶ πήραν ἐξημμένον, καὶ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ὀρθὸν ἔχοντα, ὀρμὴν ἐνορῶντα, καὶ τὸν ἄλλον ἐπισπώμενον. οὐχ ὁρᾷς δὲ καὶ τὸν Ἑρμοῦν αὐτὸν ἐπὶ ῥητῖνι ῥέμβοντα, καὶ τὸ πόδε διανενιμμένον, καὶ πνεῦσιν ὄντα. μεστὸν γοῦν ἄθματος αὐτῷ τὸ σῶμα; τί ταῦτα, ὦ Ἑρμῆ; τίς ἡ σπουδή; τεταραγμένῳ γὰρ ἡμῖν ἔοικας. Ερ. τί δ' ἄλλο, ὦ Κλωθοῖ, ἢ τὸν δεῦρο τὸν ἁλιτήριον ἀφηφάσαντα μιαιφονώτατον, ὀλίγου δεῖν λαμπόντως ὑμῖν τύμβον ἐγηνόμην; Κλω. τίς δὲ οὗτος; ἢ τί βουλόμενος ἀπεδίδρασκε; Ερ. τοῦτο μὲν πρόδηλον, ὅτι ζῆν μᾶλλον ἐβούλετο. ἦν δ' ἂν βασιλεύς

ron, siquidem hic propè adest, complureis secum adducens: imò, vt cernis, densam turbam velut gregem virga præ se agit. Sed quid hoc? Vinctum herclè quendam in ipsis cõspicio, tum alium risu diffluentem, porrò alium quendam pera succinctum, ac baculum manu gestantem, asperumq; ac toruum quiddam obtuentem: denique alijs, vt gradum addant, à tergo imminentem. An' non & Mercurium ipsum vides sudore perfusum, pedibus puluere consperſis, tum & crebrò anhelantem, adeò vt os ei suspirijs sit distentum? Quid hoc rei est, ô Mercuri? Hem, quæ est hæc trepidatio? Nobis certè vehementer perturbatus videre. MER. Quid aliud, ô Clotho, quàm quòd dum scelestum hunc aufugientem prosequor, penè accideriт vt ego ad hanc nauem hodie non fuissem rediturus? CLOTH. At quinam est? aut quid sibi quærens, conatus est transfugere? MERC. Hoc quidem est vel cuiuis manifestum, quòd diutiùs viuere cogitauit. Est autem vel rex

λώς τις ἢ τύραννος, ἀφ' οὗ γὰρ τὸ ὁδυρμῶν, καὶ ὧν ἀνακωχνέα, πολλῆς τινος εὐδαιμονίας ἐπιρρῦῆναι λέγων. Κλω. ἆθ' ὁ μάταιος ἀπολίβασκεν, ὡς ἐπιβιῶναι δυνάμενος, ἐπιλοιπότος ἤδη τοῦ ἐπικεκλωσμένου αὐτῷ νήματος; Ερ. ἀπολίβασκε, λέγεις; ἀ γὲ μὴ ἀγενναιότατος οὗτος, ὁ τὸ ξύλον, σιωπῇ γήσοί μοι, καὶ σύμβουλον αὐτὸν ἐτάσαμεν, ἢν ὤχετο ἡμᾶς ἐκφυγών. ἀφ' οὗ γάρ μοι παραδέδωκεν αὐτὸν ἡ Ατροπος, παρ' ὅλην τὴν ὁδὸν ἀντέτεινε καὶ ἀντέστα. καὶ τὴν πόδι ἀντερείδων πρὸς τοὔδαφος, ἐπαντιῶσ ἀνάγων ἐμέ. ἐνίοτε δὲ καὶ ἐπέστη, καὶ διατελιπάρει, ἀφιεθῆναι πρὸς ὀλίγον ἀξιῶν, καὶ πολλὰ δώσειν ὑπισχνούμενος. ἐγὼ δέ, ὥσπερ εἰκὸς, ἐκ ἀνίας, ὁρῶν ἀδυνάτων ἐρῶντα. ἐπεὶ δὲ κατ' αὐτὸ ἤδη τὸ σύμπαν ἦμεν. ἐμὲ τὰς γυκρὸς, ὡς ἔθος, ἀπαειθμῶν ὁ Αἰακῷ, ἐᾶσαί με λοιπὸν

quispiam, vel tyrannus, quātum ex eius eiulatu conijcere licuit. nam ingenti quadā ex felicitate se deiectū querebatur. CLOT. *Et quum filum, quod ei erat innexum, iam defecisset, stultus tamen ille, quasi superuiuere, queat, aufugit?* MER. *Aufugit narras? Quòd si non generosissimus hic, qui baculum manu gestat, mihi fuisset auxilio, sicq; ipsum comprehensum vinculis alligassemus, è nostris profectò manibus egregiè effugisset.* [b] *Etenim ex quo eum mihi tradidit Atropos, per omnem viam retrahere atq; obniti nunquam destitit. Quin pedibus solo oppositis ita se offirmauit, vt inter ducendum nobis non parū negocij exhibuerit. Aliquoties autem supplicabat ac deprecabatur, ingentia daturum se pollicens, si vel paululùm dimitteretur. Ego verò cùm hominem ea quæ contingere non possent, ambire viderem, vt & me decuit, minimè dimisi. At vbi iam ad ipsum ostium eò q; peruenissemus, ipsé q; vmbras, vt moris est,* [c] *Aeaco adnumerarem,*

ξομφυε αὐτὸς, πρὸς τὸ παρὰ σοῦ ἀδελφῆς πεμφθὲν αὐτῷ σύμβολον λαβών, ὃν οἶδ' ὅπως ὁ τρισκατάρατος ἀπιὼν ἔφυγε, ἐνίκα δὲ νικρὸς ὢν τῷ λογισμῷ, καὶ ὁ Αἰακὸς ἀνατείνας τὰς ὀφρῦς, μὴ ἐπὶ πάντων, ὦ Ερμῆ, φησὶ, χρῶ τῇ κλεπτικῇ ἄλλοις σοὶ ἐν οὐρανῷ παιδιὰ, τὰ νεκρῶν, ἵν' ἀκεκλῇ, καὶ ὁλαμῶς λαθὲν ἀπάμφω. τὰ πάντα ἀφανῆ, ὡς ὁρᾷς, πρὸς ταῖς χιλίοις ἔχει τὸ σύμβολον ἐγκεχαραγμένος· οὐ δή μοι παρ' ἕνα ἄκεις ἄγων, εἰ μὴ τοῦτο φὴς, ὡς παρελογίσαί σε ἡ Ατροπος. ἐγὼ δὲ ἐρυθριάσας πρὸς τὸν λόγον, ταχέως ὑπεμνήσθην τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν, καὶ πάντα μὲν τὰ ἄλλα, σαφῆ τὴν ἀπόφασιν ἐλάμβανον, ὡς ἔχον, τάχος καὶ τὴν ἄγνοιαν πρὸς τὸ φῶς. ἅπτω δ' αὐθαίρετός μοι ὁ βίαιτος οὕτως, καὶ ὥσπερ ἐκ νοσηλείας θέοντος, καταλαμβάνομεν αὐτὸν ἤδη ἐν

merarem, & ille vniuersas ad summam à sorore tua transmissam recenseret, perditissimus hic nescio quomodo clàm nobis aufugerat. Itaq; quum summæ vnus deesset, Aeacus adductis superciliis: Non in omnibus, inquit, passim tu furandi artificium intende. Satis tibi sit, quòd eiusmodi ludos in cœlo reddere conceditur: vmbrarum autem res omnino sunt planæ, neque quicquam nos aliqua via fallere potest. Quatuor supra mille, vt vides, summa habet inscriptos, tu verò vno mnùs adducis: nisi forsan excusas quòd te circumuenerit Atropos. Ad hunc ego sermonem rubore perfusus, quæ in via acciderant, in memoriam reuocare cœpi. Et cum oculis in orbem ductis, hunc nusquam cernerem, facilè animo collegi eũ transfugisse. quare viam quæ

Ταινάρου

recta ad Tænarum reducit, quàm potui celeriter remetior: hic autem optimus vir sua sponte me comitabatur. Itaq; velut è carceribus emissi, celeri cursu volantes ipsum iam in

Tænaro

Ταινάρῳ, παρὰ ζοῦζον ἦλθε ἀφυγεῖν. Κλω. ἡμᾶς δ', ὦ Χάρων, ὀλιγωρίαν ἄλλη τῆ Ἑρμῆ καταγιγνώσομεν. Χά. τί δῆτα ἔτι ἀμείνομεν, ὡς οὐκ ἐπαυτῆς ἡμῖν γιγνομένης ἀφηρίθμης; Κλω. εὖ λέγεις, ἐμβαινέτωσαν. ἐγὼ δ' ἐπεχειρησάμην τὸ βιβλίον, καὶ περὶ τὴν ἀρχὴν λαβόμενος, ἑκάστου αὐτῶν ἀναγνώσομαι, τίς, καὶ πόθεν, καὶ ὅν τινα τρόπον τὸν τρόπον. σὺ δὲ παραλάμβανε σύβαξι. καὶ σιωπᾶτε, ὦ Ἑρμῆ. σὺ δὲ τὰ νεογνὰ ταυτὶ πρῶτα ἐμβαλε, τί γὰρ ἂν καὶ ἀποκρίναντό μοι; Ἑρ. ἰδοὺ δέ σοι, ὦ πορθμεῦ, τὸν ἀριθμόν. οὗτοι οἱ πρωϊαίσιοι μετὰ τῶν ἐκτεθαμμένων. Χά. βαβαὶ τῆς ἀναγείας, ὁμφακίας ἡμῖν νικηρὰς ἥκεις ἄγων. Ἑρ. βάλε, ὦ Κλωθοῖ, τὸν δαλαίωνα ἐπὶ τούτοις ἐμβιβασόμεθα; Κλω. τὸν γέροντας λέγεις; ὅτω ποιᾶ. τί γάρ μοι δεῖ πράγματα ἔχειν, τὰ πρὸς Εὐκλείδην ἄνω νεωστὶ ἐξετάζεσθαι;

Tænaro deprehendimus. vsq; adeò parũ abfuit quin effugisset. CLOT. *Et nos, ô Charon, Mercurium adhuc ignauiæ dãnamus?* CHAR. *Quid ergo diutiùs cunctamur, quasi nõ satis sit moratum?* CLOT. *Probè dicis. inscendãt. Ego verò, sumpto in manus libello, ingrediẽtes singulos, qui, & vnde nati, quoq; modo vita functi sint, ex more dignoscam. Tu aũt, ô Mercuri, ipsos excipe, & omnes suo ordine collocato. Verùm tu infantulos istos primùm inijce. quid enim mihi interroganti quiuerint respondere?* MER. *En tibi, ô portitor, sunt hi numero trecenti, præter eos qui à parentibus sunt expositi.* CHAR. *Papæ, quæ est hæc soli fertilitas? egregius es vmbrarum ductor: vuas immaturas nobis adducis.* MER. *Vin' tu, ô Clotho, ab his indefletos introducamus?* CLOT. *Vetulos istos dicis? maximè. Quid enim attinet, vt quæ ante Euclidẽ hucusque contigerũt, sciscitãdo ipsa mihi negocia faceſſam?*

Vos

οἱ πλὴν ἑξήκοντα ὑμῶν νέοι τὴν ἡλικίαν. τί τοῦτο; ἐκκεκώφωσθέ μου, βεβυσμένοι τὰ ὦτα ὑπὸ τῶν ἰτῶν. δεῦρο τάχα καὶ τοῦτο ἀράμενον παραγαγέσθαι. Ερ. ἰδοὺ πάλιν οὗτοι δυοῖν δεήσονται τριακόσιοι, ταχεῖοι πάντων, καὶ ὠκύποροι, καὶ καθ' ὥραν τεθνηκότες. Κλω. νὴ Δί', ἀλλὰ ἀσαφέστερος γε πάντων ἤδη εἶ. τὰς προφητείας ἐπὶ τέλεσι, ὦ Ερμῆ, φαρέτρας. καὶ πρῶτόν μοι εἰπατε, ὅπως ἀποθανόντες ἥκετε, μᾶλλον δ' αὐτὴ πρὸς τὰ γεγραμμένα ὑμᾶς ἐπισκέψομαι. πολιτεύσασθε ἀποθανεῖν ἕκαστος ἐν Μηδίᾳ τέτταρας ἐπὶ ἑξήκοντα, καὶ τὸν Οξυάρτου υἱὸν μετ' αὐτῶν Γωβάρεω. Ερ. Πάρεσι. Κλω. ἀλλ' ἥρωτα αὐτοὺς ἀποφαίνειν ἐπιλάθου, καὶ ὁ φιλόσοφος Θεαγένης, δι' ὃν τὼ ἑταίρω, τὼ Μεγαρόθεν. Ερ. ἐγγὺς πλησίον. Κλω. πῶς δ' οἱ περὶ τῆς βασιλείας ἐν ἀλλήλοις ἀπεθανέτην; *Vos qui plus ſexaginta annos nati eſtis, adeſte. Sed qd hoc? Itán' eorũ aures amnis ſunt obturatæ, vt me non exaudiant inclamantem? Forſan & hos ſublatos importare oportebit.* MER. *En duodequadraginta flaccidi omnes, & apprimè maturi, ac in ipſo planè tempore decerpti.* CLOT. *Per Iouem: quandoquidem iam omnes ſunt vuæ paſſæ. Saucios, ô Mercuri, nunc adducito. Vos quo mortis genere vitam clauſeritis, mihi primùm dicite. Sed cur nõ ipſamet, quæ cuiq veſtrûm ſint inſcripta, inſpicio? Octoginta in prælio cadere heri apud Medos decretum erat, atq vnà cum his & Oxyartæ filium Gobarem.* MER. *Adſunt.* CLOT. *Præ amoris impatientia ſibi ipſi mortem conſciuêre ſeptem: in primis autem Theagenes philoſophus, propterea quòd ſcorto Megarenſi, cuius amore flagrabat, potiri non poſſet.* MER. *En tibi propè adſunt.* CLOT. *Porrò vbi illi qui de imperio certando, mutuis ſe cædibus cõfecêre?*

MER.

Ερ. παρεσθσιν. Κλω. ὁ δ' ὑπὸ τῆ μοι χῆ καὶ ἡ γυναικὸς φονευθείς; Ερ. ἰδὰ σοι πλησίον. Κλω. τὸς ὑπ' δικασηρίων δῆτα παράγαγε, λέγω δὴ τὸς ὑπ' τυμπάνε, καὶ τὸς ἀντισολοεισμένους οἱδ' ὑπὸ λιθῶν ἀποθανόντας ὑπκαάδικα πῦ εἰσιν, ὦ Ερμῆ; Ερ. πάρεσθν οἵδε οἱ φαυματίαι, ὃς ὁρᾶς. τὰς δ' γυναῖκας ἅμα βέλτα παράγάγω; Κλω. μάλιτα, καὶ τὸς ἀπὸ ναυαγίων γε· ἅμα γὰρ τεθνᾶσι, καὶ τὸν ὅμοιον τρόπον, καὶ τὸς ἀπὸ πυρετῦ δὲ, καὶ τύτος ἅμα, καὶ τὸν ἰατρὸν μετ' αὐτῶν Ἀγαθοκλέα. πῦ δ' ὁ φιλόσοφ ὁ Κυνίσκος, ὃν ἴδα τῆς Ἑκάτης τὸ δεῖπνον φαγόντα, καὶ τὰ ὑπ τῶν καθαρσίων ὠὰ, καὶ πῶς τύτοις γε σηπίαν ὠμὴν ἀποθανῆν; Κυν. πάλαι σοι παρέσκηκα, ὦ βελτίστη Κλωθοῖ. τί δέ με ἀδικήσαντα, τοσῦτον ἄσσας ἄνω τὸν χρόνον; ὀκνδὸν

MERCV. *Hic adſtant.* CLOT. *At quem adulter, in hoc iuuante vxore, neci dedit, is vbi eſt?* MER. *En tibi hic adeſt.* CLOT. *Quos iudicum ſententia capitis damnauit, tandem adſint, eos inquam qui carnificinam ſenſerunt, quiq; in crucem ſunt adacti. Tum ſexdecim illi qui à latronibus ſunt iugulati, vbi ſunt, ô Mercuri?* MER. *Adſunt ſaucij illi, quos vides. Mulieres porrò non & eas vnà vis adduci?* CLO. *Maximè, pariter & eos qui naufragio perierunt. Simul enim & eadem mortis ratione vitam exiuerunt. Sed & quos febris interemit, hos ſimul adducito. Tum Agathoclem medicum. Sed vbinam philoſophus Cyniſcus, quem Hecates cœna ac ouis luſtralibus, cumq; his ſepia cruda deuoratis vitam finire decretum erat?* CYN. *Iamdudum hîc tibi aſsiſto, ô tu præclariſſima Clotho. Verùm hoc, interim mecũ admiror, quonam iniuriæ genere maieſtatẽ tuam læſerim, quòd me tam lõgo tẽpore apud ſuperos errare pmiſeris?*

Nam

σχιδὸν γὰρ ὅλον μοι τὸν ἄτρακτον ἐπέπλωσας. καί τοι πολλάκις ἐπεῤῥάθην τὸ νῆμα διακόψας ἐλθεῖν, ἀπ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἄῤῥηκτόν μοι. Κλω. ἴσως σοι καὶ ἰατρὸν ἐᾶν τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων ἀπολίμπανον, ἀπ' ἴθι ἄνω ἀγαθῇ τύχῃ. Κλω. μὰ Δί', ἦν μὴ πρότερόν γε τοῦτον τὸν δικαιοφόρον ἐμβιβάσωμεν. δίκαιος γὰρ, μή σε παραπείσῃ δικάζων. Κλω. φίλον ἴδω τίς ὤν. Ερ. Μεγαπένθης ὁ Λακύδου, τύραννος. Κλω. ἐπίβαινε σύ. Μι. μηδαμῶς, ὦ δέσποινα Κλωθοῖ· ἀπό μοι πρὸς ὀλίγον ἔασον ἀνελθεῖν, ἅτά σοι αὐτόμολος ἥξω, καλοῦντος μηδενός. Κλω. τί δ' ἔστιν, οὗ χάριν ἀφικνεῖσθαι θέλεις; Μι. τὴν οἰκίαν ἐπιτελέσαι μοι πρότερον ἐπέτρεψον. ἡμίτελὴς γὰρ ὁ δόμος καταλέλειπται. Κλω. λυρᾶς, ἀπ' ἴθι ἄνω.

Μι.

Nam vniuersam colum ferè vni mihi adglomerâsti. Ipse certè quanquam filum ipsum dirumpere sæpe sum conatus, tamen quum nescio quomodo infragile esset, quod moliebar, efficere non potui. CLOT. *Equidem te humanorum peccatorum velut inspectorem ac medicum relinquebam. Iam autem quod felix faustumq; sit, inscende.* CYN. *Minimè gentium, priusquam vinctum hunc inscendere compulerimus. vereor enim, ne te precibus suis à sententia dimoueat.* CLOT. *Age, videam quis est.* MER. *Megapenthes Lacydæ filius, tyrannus.* CLOT. *Inscende tu.* MEGAP. *Nihil minus, ô regina Clotho, potiùs autem ad superos me remeare paulisper sinito. Quod si fecerisdenuò, plurò me huc recipiam, vel nullo vocante.* CLOT. *At quídnam est, cuius gratia tantopere in vitam redire gestis?* MEG. *Equidem domum semiperfectã reliqui, quam vt priùs per te liceat ad fastigium perduecre, vehementer oro.* CLOTHO. *Nugas agis, quin mox inscendis?*

MEGA.

Μι. ὐ πολλὼ χρόνῳ, ὦ Μοῖρα, αὐτῶ. μίαν μι ἴασον μᾶναι τλώλι ἡμέραν, ἄχρις ἄν τι ἐπισκέψω τῇ γυναικὶ περὶ τῶν χρημάτων, ἵνα τὸν μέγαν ἔχον θησαυρὸν καλυπτομένον. Κλω. ἄραρεν, οὐκ ἂν ζύχοις. Μι. ἀπολεῖται δὴ χρυσὸς τοσοῦτος; Κλω. οὐκ ἀπολεῖται, θάρρει τοῦτο γε ἕνεκα, Μεγακλῆς γὰρ αὐτὸν ὁ σὸς ἀνεψιὸς παραλήψεται. Μι. ὢν ἦ ὕβριστος· ὁ ἐχθρὸς, ὃν ἐκ βαθυμίας ἔγωγε ἐ περιεῖδον; Κλω. ἐκεῖνος αὐτὸς, νῦ ἐπιβιώσεταί σοι ἔτη τριακόντα, νῦ μικρόν τι πρὸς, τὰς παλλακίδας, καὶ τλῶ ἱμάτια, καὶ τὸν χρυσὸν ὅλον σε παραλαβών. Μι. ἀδικεῖς, ὦ Κλωθοῖ, τὰ μὰ ζῆς περιμιωτάτοις δαπάνημα. Κλω. σὺ γὰρ οὐκ Κυδιμάχε αὐτὰ ὄντα, ὦ γυναιότατε, παραλήψῃ, ἀπεκτόνας τι αὐτὸν, καὶ τὰ παιδία ἔτι ἐμπνέοντι ἐπισφάξας; Μι. ἀλλὰ νῦν ἐμὰ ἐῶ. Κλω. ἐκὸν ἐξέπεσοί σοι ὁ χρόνος ἤδη ἦ τετέλεσται.

MEGA. *Non multum temporis flagito, ô Parca: diem hunc saltē mihi apud superos agendum cōcede, quo tēpusculo de pecunijs nostris vxori nonnihil iniungā, atq; vbi defossum thesaurum habuerim, demōstrem.* CLO. *Frustra laboras, stat sententia.* MEG. *Ergo tantum auri peribit?* CLO. *Quin tu hac gratia animo es ociosso. nam Megacles potietur, tuus consobrinus.* MEG. *O insignem contumeliā. ille mihi inimicus, quem ego præsegnitia non occidi?* CLO. *Ille ipse, qui non modò non paulò plures quàm tu viuet annos, verùm & pellices tuas, & vestes, & quicquid est auri, nāciscetur.* MEG. *Præter æquum facis, ô Clotho, quòd hominibus inimicis, & hostiliter infestis meas fortunas attribuis.* CLO. *Quasi verò tu non eadē hac via quæ Cydimachi erāt, nactus esses, non solùm ipso occiso, sed & liberis eius in cōspectu spirantis adhuc & palpitantis mactatis.* MEG. *Sed iam tum mea erant.* CLOT. *Itaque tui dominij tempus iam effluxit.*

MEG.

Μεγ. ἄκουσον, ὦ Κλωθοῖ, ἃ σοὶ ἰδίᾳ, μεθ' ἡσυχίας ἀκοῦσαι καὶ εἰπεῖν βούλομαι. ὑμᾶς δὲ ἀπόστηθι τοῦ ὀλίγον. ἂν μὲν ἀφῇς ἀφθάρτους· χιλιάδας σοὶ τάλαντα χρυσίου ἐπισύρω δώσειν ὑπισχνοῦμαι σήμερον. Κλω. ἔτι γὰρ χρυσοῦ, ὦ γελοῖε, καὶ τάλαντα δοκεῖ μνήμης ἔχειν; Μεγ. καὶ τοὺς δύο δὴ κρατῆρας, εἰ βούλει, πεισθήσῃ, οὓς ἔλαβον, ἀκτείνας Κλεοκρίτου, ἑκατέρου χρυσοῦ ἀπείρους τάλαντα ἑκατόν. Κλω. ἕλκετε αὐτόν, ἕοικεν γὰρ οὐκ ἐπιμελήσεσθαι ὑμῶν ἑκών. Μεγ. μαρτύρομαι ὑμᾶς, ἀτιλὶς μηδὲ τὸ τεῖχος, μὴ τὰ νεώρια. ἐξετέλεσε γὰρ ἂν αὐτὰ, ἐπιβιοὺς πλείους μόνας ἡμέρας. Κλω. ἀμείνονος, ἄνδρες τειχίου. Μεγ. καὶ μὴν τοῦτόν γε πολυτελῶς ἀνηγόμην αὐτῷ. Κλω. τὸ ποῖον; Μεγ. ὃς ὅσον ἐπιβιῶναι, μίκρος ἂν ὑπολαμπρύνειε Πισίδας, καὶ Λυδοῖς ἐπιθεὶς τὸν φόρον, μνῆμα ἐμαυτῷ παμμέγιστον ἀναστήσας, ἐπι-

Meg. *Auſculta, ô Clotho, quæ tibi priuatim ſemotis arbitris dicere volo. vos hinc pauliſper abſcedite. Si me effugere permiſeris, auri puri mille talẽta me tibi hodie daturum repromitto.* Clot. *Ridiculum caput, adhuc aurum & talenta habes in memoria?* Megap. *Sedenim, quando ita vis, duos cratêras addam, quos d occiſo Cleocrito mihi vendicaui. Eorum vterque auri puri defecatiq; centum æquat talenta.* Cl. *Corripite hominem: neque enim apparet eum ſua ſponte ingreſſurum.* Megap. *Teſtor vos, murus manet imperfectus, & nauium ſtatio inchoata: quæ omnia, ſi quinque ſaltem dies amplius viuere licuiſſet, ad faſtigium perduxiſſem.* Clot. *Securus es, alius extruet.* Megap. *Atqui hoc ſaltem æquum poſtulare videor.* Clot. *Quid hoc?* Megap. *Vt iamtiſper ſupereſſe liceat, dũ Piſides ſub iugum miſero, & Lydis tributũ imperauero, dumq; mihi ipſi magnificentiſſimo monumento erecto,*

ἐπιγράψω ὁπόσα ἔπραξα μεγάλα καὶ στρατηγικὰ, παρὰ τὸν βίον. Κλω. οὗτος, νὴ ἔτι μίαν ἡμέραν αὐτῆς, ἀλλὰ σχεδὸν ἔκοσιν ἐτῶν δέεται. Με. καὶ μὴν ἐγγυητὰς ὑμῖν ἕξειμι παρασχέσθαι τοῦ ταχους, καὶ τῆς ἐπανόδου. εἰ βούλεσθε δέ, καὶ ἄντανδρον ὑμῖν ἀντ' ἐμαυτοῦ παραλείψω τὸν Ἀγαθητόν. Κλω. ὦ μιαρὲ, ὃν ἤνυχα ποτάκις ἐπὶ γῆς καταλιπεῖν; Με. ἀλλὰ ταῦτ' ἐνέχομαι. νυνὶ δ' ὁρῶ βέλτιον. Κλω. ἔξει μετ' ὀλίγον, ἐπὶ τῷ νεωστὶ βασιλεύοντος ἀνηρημένου. Με. ἐκεῖνο, ἀλλὰ τοῦτό γε μὴ ἀντείπῃς, ὦ Μοῖρά μοι α. Κλω. τὸ ποῖον; Με. ἀδελφὰ βέλομαι, τὰ μετ' ἐμὲ ὅπως τινὰ ἕξει πόρον. Κλω. ἄκου, μᾶλλον γὰρ ἀκοὴ μαθών. τλὴ μὴ γυναῖκά σοι Μίδας ὁ δοῦλος ἕξει, καὶ πρόσθεν ἢ σοὶ ἐμοίχευεν. Με. ὁ μα-

inscripsero quæcunque in vita gesti vel magna, vel egregij Imperatoris virtute digna. CLOT. *Quid? tu non vnam postulas diem, sed fermè viginti annorum moram.* MEGAP. *At qui sponsores vobis exhibere sum paratus, & tam breuis moræ, & mei reditus. Quinetiam, si cordi fuerit, obsidem pro me relinquam Agapetum.* CLOT. *O scelestum: eúmne, quem relinquere in terris superstitem semper tibi in votis erat?* MEGAP. *Olim is erat animus: nunc autem, quod melius est, video.* CLOT. *Veniet & ille tibi haud ita multò pòst, ab eo qui nunc regem agit, è medio sublatus.* MEGAPEN. *Cæterùm illud saltem non negabis, ô Clotho.* CLOT. *Quid hoc tandem est?* MEGAP. *Equidem scire gestio, vt sese res mea habitura sit post me.* CLO. *Ausculta, tametsi vbi audieris, satscio, animo magis angéris. Principiò vxore tua Midas seruus potietur, quam iam antè quoque non semel constupraverat.* MEGAPEN. *Illéne*

ὁ κατάρατος, ὃν ἐγὼ παιδόμην αὐτῇ, ἀφῆκα ἐλεύθερον; Κλω. ἡ θυγάτηρ δέ σε ταῖς παλλακίσι τὸ γνωὶ τυραννοῦντι ἐγκαταλιχθήσεται. εἰκόνες δὲ καὶ ἀνδριάντες, οὓς ἡ πόλις ἀνέστησέ σοι πάλαι, πάντες ἀνατετραμμένοι, γέλωτα παρέξουσι τοῖς θεωμένοις. Μι. ἀπέ μοι, τί φίλων δὲ ὀλέσας ἀγανακτεῖ τοῖς δρωμένοις; Κλω. τίς γὰρ σῷ σοι φίλος, ἢ ἐκ τίνος αἰτίας δικαίας γενόμενος; ἀγνοεῖς ὅτι μὴ πάντες οἱ παρακαθῆντο, καὶ τῶν πεζομένων καὶ πραττομένων ἕκαστα ἐπαινοῦντες, ἢ φόβῳ ἢ ἐλπίσι ταῦτ' ἔδρων, τῆς ἀρχῆς ὄντος φίλοι, καὶ πῶς ἂν καιρὸν ἀφέλοιντο; Μι. μὴ μᾶλλον συμφιλοῦντες ἐν τοῖς συμποσίοις, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐπύνθανόντό μοι πρᾶξαι μὴ ἀγαθὰ, πᾶσαι προθυμίαν ἔχας· αὐτὸς ἕτοιμος, ἃ οἷόν τε ἦναι, καὶ ὅλως ὄρκος αὐτοῖς σῶν ἐγώ. Κλω. Ὅτε-

Illéne sceleroſus, quem equidem dum vxori gratificari ſtudeo, manumiſi? CLOT. *At filia tua in pellicum gregem, eius qui iam tyrannidem exercet, adnumerabitur. Porrò imagines & ſtatuæ quas olim ciuitas tibi erexit, iam euerſæ omnes, ſpectantibus riſum mouent.* MEGAP. *Hoc mihi expedias velim: nullus amicorum meorum illis qui hæc faciunt obſiſtit?* CLOT. *At quisnam tibi amicus erat? aut ex qua cauſa iuſta quempiam tibi conciliâras? Neſcio, quòd qui vos velut deos adorant, & quæcunque vel feceritis, vel dixeritis, laudant: aut timore, aut certè ſui compendij ſpe ea omnia faciunt, nimirum imperij ipſius amici, ac interim temporiſeruientes.* MEGAP. *Atqui ſiquando in conuiuijs ex more vinum libarent, magna voce omnia mihi bona precabantur, adeò vt ſi fieri poſſet, vnuſquiſque eorum etiam pro me mortem ſubire paratus eſſet. In ſumma, per mihil aliud quàm nomen meum iurabant.* CLOT.

ζιγαρὸν παρ' ἐνὶ αὐτῶν χθὲς δεπνήσας ἀπέθανες. τὸ γὰρ τηλυγαῖόν σοι πιεῖν ἐνεχθὲν, ἱκανόν σε λαβὶ λατέπιμψέ σε. Μι. τοῦτ' ἄρα πικρόν τινα ἐθόμην. τί βουλόμενος ἦ, ταῦτ' ἔπραξε; Κλω. πολλά με ἀνακείνας, ἐμβλῶπα λέγων. Μι. ἦν μοι πνίγει μάλιστα, ὦ Κλωθοῖ, διόπερ ἐπόθουν καὶ πῶς ὀλίγον ἐς τὸ φῶς ἀνακύψαι πάλιν. Κλω. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ἔοικε γάρ τι παμμίγιον εἶναι. Μι. Κρίων ὁ ἐμὸς οἰκέτης, ἐπεὶ τάχιστά με ἀπεθανόντα ἔδε, περὶ δείλην ὀψίαν ἀνελθὼν ἐς τὸ οἴκημα, ἔνθα κατέκειμην, σχολῇ ποτε (ἐδεδίει γὰρ δὴ ἐφ' ἁπλοῦ μι) Γλυκέριον τὴν παλακίδα μου (καὶ πάλαι ἦν, οἶμαι, ἐπικοινωνοῦσα) ἐπισπασάμενος τῇ θύρᾳ, ἐκπόδα, καθάπερ οὐδενὸς ἔνδον πρόνοιαν ἔχοντος. ἔπειτα ἐπεὶ δὴ ἄλλης εἶχε τῆς ἐπιθυμίας, ἀπολείψας ἐς ἐμὲ, σὺ μὲν, φησὶν, ὦ

Propterea ex cœna quam heri cum quodam eorum cœpisti, statim mortem oppetiisti. Nam poculum tibi postremo temperatum, huc te demisit. MEGAP. *Hoc illud est, quòd amarum quiddam gustâram. Sed quid ex eo scelere sibi voluit?* CLO. *Nimis multa percunctaris, quum iamdudum inscendendi tempus fuisset.* MEGAP. *Vnus adhuc restat scrupulus, qui me omnium maximè solicitat, cuiúsque gratia in vitam vel tantillum respicere gestiebam.* CLOT. *Quid hoc tandem est? ingens enim aliquod fore apparet.* MEGA. *Carion famulus meus statim vt me mortuum aduertit, circa vesperam conclaue in quo iacebam, ingressus, cùm deserta omnia offendisset (neque enim quisquam mei curam gerebat) attractis foribus, tanquam nemo adesset, pellicem meam Glycerium subegit, cum qua, opinor, iam multò antè rem habere consueuerat. Postea verò cùm iam animum voluptate explêsset, oculis in me defixis:*

Tu qui-

ὦ μιᾶς ἀνθρώπιον, πληγάς μοι πολλάκις οὐδὲν ἀδικοῦντι ἐνέτεινας· καὶ ταῦθ' ἅμα λέγων, πρίτιμι τίμι, καὶ κατὰ μόρρης ἔπαιε. τίλλων δέ, πλατὺ γελῶντα, καὶ καταπίπτων με, καὶ ἐς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον ἄπιθι ἐπαπῆρεν, ὤχετο. ἐγὼ δὲ ἐνετιμωράμην μέν, οὐκ ἔσχον δὲ ὅμως ὅτι καὶ θρασαίμην αὐτόν, αὖθις ἤδη καὶ ψυχρὸς ὢν. καὶ ἅμα μιᾶς παιδίσκης, ἐπεὶ ψόφον, πολλοίντων τινῶν, ἤσθετο, σίελον χρίουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὡς λαμπρόν ἐπ' ἐμοὶ, ὠκλαε, καὶ τὸνομα ἐπικαλοῦσα, ἀπῄματτεν. ὧν ἀλαβοίμην. Κλω. πάνσοφε ἀνδρῶν, ἀπ' ἐμβήθι, καιρὸς ἤδη σε ἅπαντας ἐπὶ τὸ δικαστήριον. Με. καὶ τίς ἀξιώσει κατ' ἀνθρὸς τυραννικὸν ψῆφον λαβεῖν; Κλω. κατὰ τυραννικοῦ μὲν οὐδείς, κατὰ νεκρὸν δὲ ὁ Ῥαδαμανθυς, ὃν αὐτίκα μάλα ὄψει δικάσοντα ἑκάστῳ τὰ δίκαια. τὸ νῦν δὲ ἴσχου, μὴ διατρίβε.

Tu quidem, inquit, homuncio sceleste, sæpe mihi nihil cõmerito verbera nõ pauca inflixisti. Et cum dicto, comã mihi vellicabat, ac caput tuberibus opplebat. Tandem autem quum rictu ampliter diducto in me despuisset, ac vt in impiorum regionem faceſſerem iussisset, abiuit. Ibi ego, quanquam ira succendebar, tamen quia iam frigidus & exanguis eram, hominem vlciſci nõ potui. Porrò sceleſta famula, cùm aduenientium quorundam strepitum sensisset, scilicet vt me lugere videretur, oculis sputo inunctis, eiulando, nomenq; meũ lugubri voce inclamando, abscedebat: quos si prehendero. CLOT. *Quin tu minis omissis celeriter inscendis? Iamdudum enim tempus, vt in iudicium concedas.* MEGAP. *At quis contra hominem regem pronunciare audebit?* CL. *Contra regẽ quidem nemo: verũm contra vmbram Rhadamanthus, quem in sententijs pro cuiusq; merito ferẽdis mox æquissimum experieris. Quare in præsentia non ampliùs cunctare.*

Μι. μᾶλλον ἰδιώτην μι ποίησον, ὦ Μοῖρα, τῶν πενήτων ἕνα, μᾶλλον ἄλλον ἀντὶ τοῦ πάλαι βασιλέως, ἀναβιῶναί μι ἄμεινον. Κλω. πῦ δ' ἐστὶ τὸ ξύλον; ἦ σὺ ἦ, ὦ Ἑρμῆ σύριττε αὐτὴ ἕπου πολὺ ἐνδοτέρω. Ἑρ. ἴπου νῦν βαδίτα. δίκαιον γὰρ σὺ πορθμεῖν, καὶ τοῦ λέγειν, καὶ ὅπως ἀσφαλῶς, ἀμίλητος ἐς τὸν ἴσον διδάσκεσθαι. Μι. καὶ μὴν ἐν τῇ περιδείᾳ καθίζεσθαί μι δεῖ. Κλω. ὅτι τί; Μι. ὅτι νὴ Δία τύραννος ἐγώ, καὶ διαφόρους ἔχον μνείας. Κλ. ἦτ' ὀλιγώρως σι πρίτιμος ὁ Καείων, οὕτω σοὶ σκαιὸν ὄντα; πικρὰν δ' οὖν τὴν τυραννίδα ἴξεις, γνώσεσθαι δὲ τοῦ ξύλου. Μι. ὀλιγώρησε γὰρ Κυνίσκος ἐμοῦ ἀνατείνασθαί μοι τὸ βάκτρον; ἀκούσεται δέ σι πρόθυμα, ὅτι ἐλεύθερος ἄγαν, καὶ πρᾶγμα ἄτοπον, καὶ ἀτιμητικὸς, μικρὸν δεῖν προσπαλαίσασα; Κλω. δικαίως μᾶλλον καὶ σύ, ὦ ἐκεῖνον προσπαλαίσασα. Μί. ἀνί μοι, ὦ Κλωθοῖ, ἐμὲ δὲ

MEG. *Priuatum saltem, & vnum ex pauperibus istis facias licebit: imò pro rege seruum, modò reuiuiscere sinas.* CLOT. *Vbi is qui baculo armatus est? & tu Mercuri? Quin hominem correpto pede intrò trahitis? Neq; enim voluntarius inscenderit vnquam.* MERC. *Sequere nunc fugitiue. cape hūc portitor vnà cum illo altero, atque vt malo fortiter adallisgetur cura.* MEG. *Atqui conuenit honestissimo me sedere loco.* CLO. *Quid ita verò?* MEGA. *Quòd rex fuerim, per Iouem, & satellites habuerim complureis.* CLOT. *Et iniuria te vellicabat Carion, hominem ferum adeò, ac intractabilem? Iam certè tyrannidē admodum acerbam experieris, nimirum huius gustato baculo.* MEGAP. *Et Cynifcus mihi baculum illidere audebit? Non ego te nuper, quòd liberiùs & asperiùs, quàm pro maiestate, obiurgasses, tantùm non cruci adfixi?* CLOT. *Propterea & tu nunc hîc manebis malo adstrictus.* MIC. *Dic mihi, ô Clotho, quando vobis*

οὐδὲν ὑμῖν μόριον ἐστὶν, ἢ διότι πένης εἰμὶ, διὰ τοῦτο καὶ τελευταῖον ἐμβλῶναί με δεῖ; Κλω. σὺ δὲ τίς εἶ; Μί. ὁ σκυτοτόμος Μίκυλλος. Κλω. ἔστα ἄχθη βραδύνων ἐχ ὁρᾷς, ὁπόσος ὁ τύραννος ὑπισχνεῖται δώσειν, ἀριθεὶς πρὸς ὀλίγον; θαῦμα γάρ ἴσχει με, εἰ μὴ ἀγαπητὴ καὶ σοὶ ἡ διατριβή. Μί. ἄκουσον, ὦ βελτίστη Μοιρῶν· οὐ πάνυ μοι ἡ τοῦ Κύκλωπος ἐπέρασις ἀφροάνει λαμπρά, τὸ ὑπὲρ σχεδὸν, ὅτι πλήματος ἐγὼ ἥττων οὔτιν διατίθεμαι. ἂν τε γὰρ πρῶτον, ἂν τε πλεῖστον, οἱ αὐτοὶ ὀδόντες ἀπεμφύσουσιν. ἄλλως τε, δὲ ἐμοῖα τὰ μὲν τοῖς πλουσίοις· ἐν διαμέτρῳ γὰρ ἡμῶν οἱ βίοι, φασὶν. ὁ μὲν τύραννος, ὠδάκνων ἕνεκα λοιπὸν πρὸς τὸν βίον, φόβος ἅπασι, καὶ στιβαρὸς, ἀφειδὴς χρυσὸν ζητῶν, καὶ ἀργύριον καὶ ἐσθῆτα, καὶ ἵππους καὶ λάπυγα, καὶ παῖδας ὡραίους, καὶ

vobis mei nulla eſt cura, an quia pauper ſum, propterea me poſtremum inſcendere oportet? CLOT. *Tu verò quis tandem es?* MIC. *Equidem ſum Micyllus ſutor.* CLOT. *Quid quòd tam grauiter fers moram? Non vides quàm multa ſe daturũ polliceatur hic Tyrannus, ſi vel paulùm in vitam remittatur? Vnde mirari ſuccurrit, cur non & tibi mora ſit iucunda.* MIC. *Auſculta rem paucis Parcarum optima. Non admodum me delectat munus illud Cyclopis, videlicet in hunc modum polliceri:*

Poſt omneis alios tandem ipſe vorabitur Vtis.

Siue enim primũ deuoret, ſiue poſtremũ, ijdem me dentes manent. Sedenim neque aliàs meæ res vt diuitum ſe habent. Noſtra enim & illorum vita (quemadmodum aiunt) perpendiculo inter ſeſe diſtant: quandoquidem tyrannus, qui in vita horrendus omnibus & ſuſpiciendus videbatur, nunc auro, argento, veſtibuſq; exutus, tum & equis, cœmis, pueris floridis,

καὶ γυναῖκας ἐυμόρφους, ἀπόντων ἐλύετο, καὶ ἀφροσύνην ἐνθυμούμενον αὐτῶν ἤχθετο· ἐπεὶ οἶδ' ὅπως, καθάπερ ἰξῷ τινι, πρόσκειται τοῖς τοιούτοις ἡ ψυχὴ, καὶ οὐκ ἐθέλει ἀπαμπαλιοῦσθαι ῥᾳδίως, ἀλλ' αὐτοῖς πάλαι συμπέπηγε. μᾶλλον δ' ὥσπερ ἄῤῥηκτός τις οὖν ὁ δεσμὸς ἦν, ᾧ δεδέσθαι ξυμβέβηκεν αὐτὸς, ἀμέλει μόλις ἄν τις αὐτὸν μετὰ βίας, ἀναπεισθείη. καὶ ταῦτα ὄντα θρασέα, δεδοικὼς πρὸς ταῦτα εὐλαβούμενος ἐπὶ τὸν Ἅιδου φέρεσθαι ὁδόν. ἐπισφίγγουσα γὰρ ἐς τὸ πίσω, ὅσπερ οἱ δυσήνιοι, καὶ πόῤῥωθεν ἀφορᾷ τὰ ἐν τῷ φωτὶ βόλον), οἷα ὁμαῖμος ἐκεῖνον ἐποίει, καὶ παρὰ τὸν ὁδὸν ἀπολιμπάνων, μόλις αὖθά σι καταλιμπάνων. ἐγὼ δ', ἅτε μηδὲν ἔχων ἐνίσχυρον ἐν τῷ βίῳ, οὐκ ἄγρον, οὐ σαρκίαν, οὐ χρυσὸν, οὐ σκεῦος, οὐ δόξαν, οὐκ ἀρόνας, ἀκόσμως δίσκον καὶ λῶ, μόνον δὲ μόνον ἀπο-

& mulieribus formosis posse se relictis, eorum desiderio non iniuria cruciatur, ac à tot cõmodis se abstrahi fert grauiter: quibus, nescio quomodo, anima ipsa velut glutino hæret affixa, neq; se facile sinit auelli, vt quæ eis iamdiu inhæserit: quin magis tanquam vinculum aliquod est infragile, cui ipsos illigari irretiriq; cõtingit, adeò vt vbi quispiã eos abducere parãrit, plorent. Ac cùm in cæteris sint feroces, in hac tamen via quæ ad inferos ducit, meticulosi deprehẽduntur. Itaque subinde dant terga, & ad ea quæ procul in luce apud superos geruntur, respicere gestiunt: sicut stultus hic faciebat, qui non solùm in itinere aufugere conabatur, verùm etiam hic mortem frustrà deprecatur. At ego, vt qui in vita pignus haberem nullum, non agrũ, non domum magnificè extructam, non aurum, non supellectilem, non nominis gloriam, non imagines, ad mortem expeditus meritò eram. At statim vt mihi solùm innuit

ἂ Ἄτροπος ἔνωσέ μοι, ἄσμενος δὲ ἀπορρίψας τὴν σμίλην καὶ τὸ λάπυμα, λεπτίδιόν τινα ἐν τῇ χειρὶ ἔχων, ἀναπηδήσας ὀπίσω εὐθὺς ἀνυπόδητος, ἐπὶ τὴν μιλαντηρίαν ἀφικόμην, οὐ πάνυ σφόδρα σπεύδων, οὐδὲ τὸν κονιορτὸν ἐκκλίνων, οὐδὲ μὴν ἀναπαύσασθαι βουλόμενος εἰς τὸ πρόσω ὁρῶν, οὐκ ἄν μοι κατόπιν ἐπίσχεσις γένοιτο, καὶ μετεκάλει. καὶ νὴ Δία ἤδη ἐγγὺς τὰ παρ' ὑμῖν πάντα ὁρῶ. τό, τι γὰρ ἰσοτιμίαν ἄπασιν εἶναι, καὶ μηδένα τοῦ πλησίον διαφέρειν, ὑπερήδιστόν ἐμοί γ' ἂν δοκεῖ τιμᾶσθαι δοκῶ, μηδ' ἀπαιτεῖσθαι χρέα τοὺς ὀφείλοντας ἐνταῦθα, μηδὲ φόρους ἐπιτελεῖν· τὸ δὲ μέγιστον, μηδὲ ῥιγοῦν τῷ χειμῶνι, μηδὲ νοσεῖν, μηδ' ὑπὸ τῶν δυνατωτέρων ῥαπίζεσθαι. ἀρίστη δὲ πᾶσι, καὶ τὰ πράγματα εἰς τύμπαλιν ἀνεστραμμένα. ἡμᾶς μὲν γὰρ οἱ πένητες τοὺς γελῶμεν, ἀνιῶνται δὲ καὶ

nuit Atropos, abiectis & fubula, & loro geniculari, tantùm crepidam quandam manu portans volùtarius ſequebar, vſq; adeò haud grauatim, vt dum præfeſtinandi ſtudio ſubſulto, neque calceos ſubligârim, neque atramentum abſterſerim: imò verò præcurrebam, quæ ante me eſſent ſpectare geſtiens. Neque enim à tergo mihi erat relictum quicquam, quod me vel conuertere, vel reuocare potuiſſet. Et per Iouem, quæcunque hic apud vos video, mirum quàm mihi placeant: nam pares honorum gradus hic dari, neq; quenquam vicino præſtare, res mihi omnium longè ſuauiſſima videtur. Deinde conjecturam facio, ne æs quidem alienum hîc à creditoribus repoſci, neque tributum cuiquam pendi, neque, quod omnium maximum eſt, hyberno tempore quenquam rigere, neque ægrotare, neque potentiores in humiliores pugnos ingerere. Poſtremò pace conſiſtunt omnia, & in contrarium tota vitæ ratio verſa. Siquidem nos pauperculi ridemus, diſtrucianur autem

καὶ οἰμώξεσθαι οἱ πλούσιοι. Κλ. πάλαι σοῦ σε, ὦ Μίκυλε, γελῶντα ἑώρων· τίδ' ἐστὶν ὅ σε μάλιστα ἐκίνει γελᾶν; Μί. ἄκουσον, ὦ τιμιωτάτη μοι θεῶν. σφοδρὸν ἄνω τυράννου, πάνυ ἀκριβῶς ἑώρων τὰ γιγνόμενα ὑπ' αὐτοῦ, καί μοι ἐδόκει τότε ἰσόθεός τις εἶναι. ἐπὶ γὰρ πορφύρας τὸ ἄνθος ὁρῶν, ἐμαινόμην καὶ τῶν ἀκολουθούντων τὸ πλῆθος, καὶ τὸ χρυσοῦν, καὶ τὰ διυακόσμητα ἐκπώματα, καὶ τὰς κλίνας τὰς ἀργυρόποδας. ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶν σκαλομένων εἰς τὸ δεῖπνον, ἀνίκνουμί μι. ὅς τις ὑπεράνθρωπός τις ἀνὴρ, καὶ τρισόλβιος καὶ μακαρίζω, καὶ μονονουχὶ καμίων, καὶ ὑψηλότερος ὅλῳ πήχει βασιλικῷ, ἐπαφρόμενος τῇ τύχῃ, καὶ σεμνὸς πεβαίνων, καὶ ἑαυτὸν ἐξυπτιάζων, καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας ἐπισκώπτων. ἐπεὶ δὲ ἀπέθανεν, ἀθλίως παγγέλοιος ἔφθη

autem & plorant diuites. CLOT. Ergo quum iamdudum ridentem te conspexerim, quid tandem sit quod potissimùm tibi risum mouerit, audire percupio. MI. Ausculta, dearum mihi maximè verenda. Cùm apud superos propter tyrannum habitarem, quæ apud eum fierent, nimis quàm accuratè inspectabam. Ac tum quidem feliciter ex æquo cum dijs viuere mihi videbatur. Nam cùm purpuræ florem spectarem, & comitantium turbam numerarem, aurum ac pocula gemmis distincta mirarer, lectos agenteis pedibus suffultos stuperem: beatum planè hominem prædicabam. Ad hæc, eorum quæ in cœnam apparabantur, nidor sæpe me prurire faciebat. Iam verò quum pro maiestate in publicum prodiret, & se ipse subinde erigens velut resupinaret, obuijsque stuporem inijceret, cæteris mortalibus pulchrior, & fortunæ beneficio toto penè regio cubito sublimior videbatur. Sed vbi iam vita functus esset, ipse quidem istis delicijs exutus, ridiculo fuit omni-

ὄφθαι μοι, ἀφλυσάμην τῇ τρυφῇ· καίμαυτ' ἔτι μᾶλλον κατεγέλων, οἷον κάθαρμα ἐπὶ βήματι, ἀφ' ἧνίσσης τετιμωρόμην αὐτὸ τοῦτο τὸν ἀνδραποδισμόν, καὶ μακαρίζων ἐπὶ τῷ αἵματι τῶν ἐν τῇ Λακωνικῇ θαλάττῃ μοχλίδων. ἃ μόνον ἦν τοῦτον, ἀπὸ καὶ τὸν Λαναστοῦ Γνίφωνα ἰδὼν, σίνοντα καὶ μεταγινώσκοντα, ὅτι μὴ ἀπέλαυσε τῶν χρημάτων, ἀπ' ἄγχους αὐτῶν ἀπιόντα, ὃν ἀφ' ὑστέρου Ροδοχάρη τῇ οὐσίαν ἀφανιστῶν (οὗτος γὰρ ἐγγύτατα τῷ ἀνδρὸς γένους, καὶ πρῶτος ἐπὶ τὸν κλῆρον ἐκαλεῖτο, κατὰ τὸν νόμον) οὐκ ἄχθομαι ὅπως καταπαύσω τὸν γέλωτα· καὶ μᾶλλον μεμνημένῳ, ὡς ἀχθὸς ἀεὶ, καὶ ἀθυμηρὸς τῷ φρονοῦντι, τὸ μέτρον ἀνάπλεως, καὶ μόνοις τοῖς δακτύλοις πλουτῶν, οἷς τάλαντα καὶ μυριάδας ἐλογίζετο, κατὰ μικρὸν συνα-

omnibus: ego verò meam ſtultitiam multò magis ridebam, qui eiuſmodi non hominem, ſed hominis probrum, ad ſtuporem vſq; miratus fuiſſem, cuius felicitatem ex epularum tantùm nidore æſtimâſſem, quémque ob ſanguinem qui Laconici maris teſtudinibus innaſcitur, beatum prædicâſſem. Neque verò hic ſolùm mihi ludo fuit, verùm etiam cùm Gniphonem illum fœneratorem gementem viderem, & quòd pecunijs, dum licuiſſet, vſus non fuiſſet, propriam ſortem deplorantem: imò quòd ne ſemel quidem illis à ſe guſtatis, verùm luxu perdito Rhodochari relictis, è viuis exceſsiſſet (hic enim quia genere proximus erat, in hæreditatem lege vocabatur) hæc inquam cùm cernerem, riſum ſiſtere nullo modo potui, præſertim recordatus quàm in vita pallidus ſemper & ſqualidus obambulaſſet, & vultu præ curarum magnitudine triſti. Deinde quòd ſolis digitis opulentus fuiſſet, quibus talenta & milliones ſupputare conſueuiſſet, ea paulatim & minu-

tatim

συλλέγων τὰ μικρὰ ὀλίγον ἐκπλυνόμενα πρὸς τὸν μακαρίτην Ῥοδοχάρην. ἀλλὰ τί ἔτι ἀναβαλλόμεθα ἤδη; καὶ μικρὸν γὰρ πλοῦτον, τὰ λοιπὰ γελασόμεθα, οἰμώξοντας αὐτοὺς ὁρῶντες. Κλω. ἔμβαινε, ἵνα καὶ ἀνιμήσωμαι ὁ πορθμεὺς τὸ ἀγκύλιον. Χα. οὕτω ποῖ φέρῃ; πλῆρες ἤδη τὸ σκάφος. ἀνέμεινόν με, ἐς ἄγκυραν ἔμβηθί σου ἀποπορθμεύσοντα. Μί. ἀδικεῖς, ὦ Χάρων, ἔτι ὀλίγον ἤδη νεκρὸν ἀπολιμπάνων. ἀμέλει γραψομαί σε παρανόμων ἐπὶ τῷ Ῥαδαμάνθυος. οἴμοι τῶν ἰχθύων, ἤδη πλέουσιν, ἐγὼ δὲ μόνος ἐνταῦθα περιλείψομαι. ἰκάνοι τί ἂν ἀφίκωμαι κατ' αὐτούς; οὐ γὰρ δίδωσι. μὴ ἀπαγορεύσῃς ἀπονίζων, ἤδη τεθνηκὼς, ἅπαξ τι ἐκ τοῦ ὀβολὸν ἔχων τὰ πορθμεῖα καταβαλεῖν. Κλω. τί ἄρα; μένε μικρόν, ὦ Μίκυλλε, ἐ θέμις ἐστὶ σοὶ διαπλεῖν. Μί. καὶ μὴν ἴσως

tatim corradendo, quæ fortunatissimus Rhodochares haud ita multò pòst fuerat egregiè distractur.. Sed quid iam, non hinc soluimus? Etenim siquid reliquum est, hoc inter nauigandum ridebimus, quando & hos plorantes videre licebit. CLOT. *Inscende tandem, vt anchoram portitor subtrahat.* CH. *Quid hic? quò fertur? Inibi opperire. Cras te prima luce trajiciemus.* MIC. *Iniquus es, ô Charon, qui me vmbram iam penè exoletam relinquis. Age age, vt lubet: ego quidem tibi diem dicã apud Rhadamanthum. Hei misero mihi, iam nauigant, at ego hîc solus relinquor. Atqui cur non ad eos natando contendo? Neque enim cùm iam antè sim mortuus, periculum est ne demùò submersus præfocari queam. Deinde, vt maximè nauigare liceat, ne obolus quidem est quo naulum reddam.* CLOT. *Quid hoc rei, ô Micylle? quin isthic manes? haud fas est Micyllum ista ratione transfretare.* MIC. *Et quid si*

citiùs

ἧσσον ὑμῶν καὶ πλαταγήσομαι. Κλω. μηδαμῶς, ἀλλὰ προσπλάσαντες ἀναλάβωμεν αὐτὸν, καὶ σὺ, ὦ Ἑρμῆ, συνάρπασον. Χαρ. ποῦ νῦν λαβεῖν; μισὰ γὰρ πάντα, ὡς ὁρᾷς. Ερ. ἐπὶ τὸς ὤμους, ἀλλοκῆ, τὸ τυραννον. Κλω. καλῶς ὁ Ἑρμῆς ὑπενόησεν. ἀνάβαινε οὖν, καὶ τὸν τύραννον τῇ ἀλιτηρίᾳ καταπάτα ἡμᾶς δ' ἀπόπλωσωμεν. Κυ. ὦ Χάρων· καλὰς ἔχει σοι τὰς ἀληθείας ἐντεῦθεν ἐπεῖν. ἐγὼ τὸν ὀβολὸν μὲν οὐκ ἂν ἔχοιμι δοῦναί σοι ἀπαπλώσας. πλέον γὰρ ἐκπλεύσεσθαι τῆς πόρας, ὁρᾷς, καὶ τοῦτο σοῦ ξύλον· τἄλλα δ', ὁρᾷς, ἐντελῆ ἐστίν, ἕτοιμός καὶ πρόσωπος ἔνεστι. μίμψις δὲ οὐδεμία, ἢν ἀνῆρος καὶ λαβεῖν φόρμοι ἱστιὸν ὡς μόνον. Χαρ. ἱστίον, καὶ τοῦτο γὰρ ἱκανὸν παρὰ σοῦ λαβεῖν. Κυ. ἢ καὶ σκαλεῖσθαι δεήσει; Χαρ. citiùs quàm vos, ripam attigero? CLOTHO. Nequaquam: potiùs naue adacta eum recipiamus. Tu Mercuri, corripe hominem. CHARON. At vbi nunc ſedebit, cùm, vt cernis, plena ſint omnia? MERCV. Si videbitur, Tyranni humeris inſidat. CLOT. Quàm hoc appoſitè Mercurio venit in mentem. Aſcende ergo, atque ſceleſti huius dorſum fortiter proculca. Nos autem proſperiter nauigemus. CYNISCVS. Aequum fuerit, ô Charon, vt iam hic tibi, quod verum eſt, detegam. Equidem obolum quem pro traiectu debebo, ſoluere non potero, quando præter peram quam vides, & baculum, habeo planè nihil. Cæterùm ſi vel ſentina ſit exhaurienda, vel agendus remus, en tibi adſum paratus. Porrò Charontem Cyniſci non pœnitebit, dummodo agilem & firmum dederis remum. CHARON. Remiga. Nam à te vel hoc lucri facere, fuerit ſatis. CYNISCVS. Non & cantu remiges accendere profuerit?

CHA-

Χά. νὴ Δί', εἰ μὴ ἄλλης γέ τινος λυπρᾶς τῶν ναυτικῶν. Κυ. οἶδα καὶ πολλά, ὦ Χάρων, τῶν ναυτικῶν, ἀλλ' ὁρᾷς ἀντιπαχοῦσιν οὗτοι λαμπρύνοντος, ὥστε ἡμῖν τὸ ἆσμα ἐπιταραχθῆναι. Πλού. οἴμοι τῶν κτημάτων οἴμοι τῶν ἀγρῶν. ὀπόσοι πολὺ οἰκίαν οἵαν ἀπέλιπον, ὃ δὲ τάλαντα ὁ κληρονόμος σπαθήσει λαβὼν, αὖ, τὴν νεογνῶν μου παιδίων. τίς ἄρα τὰς ἀμπέλους τρυγήσει, ἃς πέρυσιν ἐφυτευσάμην; Ερ. Μίκυλλε, σὺ δ' ἐπὶ τίνι οἰμώξῃ; καὶ μὴν ἐγὼ ἐθέλω ἀλαμπρυνὶ δακρυῦσαί τινα. Μι. ἄπαγε, οὐδέν ἐστιν ἐφ' ὅτῳ ἂν οἰμώξομαι ἁπλοῦν. Ερ. ὅμως ἂν μικρόν τι πρὸς τὸ εὖ διαφέροι. Μι. οἰμώξομαι δίκην, ἐπειδή σοι, ὦ Ερμῆ, δοκεῖ· οἴμοι τῶν λαμπρυμάτων, οἴμοι τῶν λιπαρῶν πεδίων τῶν παλαιῶν, ὁπόσοι τῶν ἀβρῶν ὑποδημάτων. ἐκ ἔτι ὁ λακοδαίμων ἐώθει ἐς ἐσπέραν ἄσιτος δειπνῶ, ἐκ τῆ

CHARON. *Per Iouem, si quidem nauticam aliquam cantilenam tenes.* CYNIS. *Teneo, & quidem multas. Verùm, sicuti tute vides, obstrepunt hi plorando, sic vt cantus ipse interturbetur.* DIVES. *Hei mihi, quæ reliqui prædia.* ALIVS. *Heu quàm fertiles agros. Me miserum, qualem reliqui domum.* ALI. *Ve, ve infantulis meis.* AGRICO. *Quis nunc vuas decerpet è vitibus, quas hoc anno plantaui?* MERCVR. *Tu verò, Micylle, nihil ploras? Atqui fas non est quenquam citra lachrymas pernauigare.* MICYL. *Bona verba. Nam cùm secundo flatu nauigem, quid plorem non video.* MERCVR. *Attamen pro more paulisper ingemito.* MIC. *Quin hac gratia, quando ita vis, plorabo: Hei mihi, quot loca reliqui, hei crepidas antiquatas. Eheu marcidos calceos. Non ego infelix posthac à mane ad vesperam vsq; sine cibo peragam, nec hyemis*

tempo-

τῦ χαμῶν & ἀνυπόδητός τι
μὴ ἐμίγυμν & ῥῖνοσήσω, τὸς
ἀδόντας ὑπὸ τῦ ψύχους συγ-
κροτῶν. τίς ἄρα μου τὴν
σμίλην ἕξει, καὶ τὸ ψυττύ-
ριον; ἱκανῶς τεθρήνηται, σχε-
δὸν δ' ἤδη καὶ ἐπὶ τὸν πλώ-
σιμον. Χά. ἄγε δὴ τὰ πορθ-
μεῖα πρῶτον ἡμῖν ἀπόδοτε,
καὶ σὺ δ' δός. παρὰ πάντων
ἤδη ἔχω, δὸς καὶ σὺ τὸν ὀ-
βολόν, ὦ Μίκυλε. Μι. παί-
ζεις, ὦ Χάρων, ἢ καὶ ὕδατος
τός, φασίν, ἤδη γράφεις, πα-
ρὰ Μικύλλου ἤδη τινὰ ὀβολὸν
προσδοκῶν. ἀρχὴν δ' οὔτε
οἶδα, εἰ τετράγωνόν ἐστιν ὀβο-
λὸς, ἢ στρογγύλον. Χά. ὦ μα-
λῆς ναυτιλίας, καὶ ἐπικερδῆς
τέμενος. ἀναβαίνετε δ' ὅμως.
ἐγὼ δ' ἵππους καὶ βῦς καὶ λύ-
κους, καὶ τἆλοιπὰ ζῶα μίξομαι.
σκαπλεῦσαι γὰρ ἐκεῖναι δεῖ.
Κλ. ἄπαγε αὐτὸς, ὦ Ἑρμῆ, πα-
ραλαβών. ἐγὼ δ' αὐτὴ εἰς
τὸ ἀντιπέρας ἀπλωσοῦμαι,
Ἰνδοπάτην καὶ Ἡραμίθρην τὸς
Σῆρας διάξω. τινὰς γὰρ δὴ

*tempore ſine calceis & ſe-
minudus oberrabo, dentes
præfrigoris acerbitate com-
plodendo. Quis tandem
meam habebit ſubulam? quis
aciculam? Satin' lamenta-
tum, ô Mercuri? Iam enim
iam ripam fermè attigimus.*
CHARON. *Age verò
priùs naulum reddite. Tu
redde. ab alijs omnibus ha-
beo. Obolum redde, Micyl-
le.* MIC. *Iocaris, ô Cha-
ron, aut, quemadmodum a-
iunt, in aqua ſcribis, qui à
Micyllo obolum expectes.
Ipſe certè antequam huc ve-
niſſem, quadrangulúsne eſ-
ſet obolus, an rotundus, ne
noueram quidem.* CHA-
RON. *Egregiam verò &
queſtuoſam nauigationem
hodiernam. Abſcedite ta-
men. Ego verò ad equos,
boues & canes, reliquáque
id genus animalia me reci-
piam: nam & ea traïjce-
re oportet.* CLOT. *Mer-
curi, tu hos exceptos abdu-
cito. Equidem in aduerſam
ripam renauigabo, Indo-
paten & Heramithren aduectura: quandoquidem hi de*

agro-

ἀλλ' ἴσως ἀπάλωμεν, περὶ γῆς ὅρων μαχόμενοι. ΕΡ. πείθεσθε μέν, ὦ οὗτοι, μᾶλλον δὲ πάντως τοῦ ἑξῆς ἕπεσθέ μοι. ΜΙ. Ἡράκλεις τῆς ὥρας, πῶ νυνὶ ὁ καλὸς Μίκυλος; ἢ ὦ δαιμονίᾳ τις ἐνταῦθα, ἢ καλοῦ Φρυνίχου Συμμαίχη; πάντα γὰρ ἴσα, καὶ ὁμόχροα, καὶ ἀδηλον ὅτι καλὸν, ὅτι καλλιον. ἀπ' ἴσης καὶ τὸ περιβόητον, πρότερον τίνος ἄν μορφὴν ἐν λοιδόρῳ, ἰσότιμον ἡγήσατο τῇ πορφυρίδι τοῦ βασιλέως. ἀφανῆ γὰρ ἄμφω, καὶ ταὐτὸν ὦν αὐτῶν σκότῳ καταλελυπότα. Κυνίσκε, σὺ δὲ πῶς τι ἄρα ὧν τυγχάνεις; Κυ. ἐνταῦθα λέγω σοι Μίκυλλε, ἀπ' ἴσης ἐσμὲν ἀλλὰ βαδίζωμεν. ΜΙ. εὖ λέγεις, ἔμβαλέ μοι τὴν δεξιάν. ἀπέ μοι, ἐτελέσθης γὰρ, ὦ Κυνίσκε, τὰ Ἐλευσίνια ἆρ' ὅμοια ταῦτα τοῖς ἐκεῖ τὰ ἐνθάδε σοι δοκεῖ; Κυ. εὖ λέγεις· ἰδὲ δὴ προσέρχεταί τις δαδοχοῦσά τις, φοβερόν τι καὶ ἀπολαυστικὸν προσβλέπου-

agrorum finibus rixando, mutuò se confecerunt. ME. Heus vos, progrediamur. imò verò omnes vno agmine me sequimini. MIC. O' Hercules, quæ est hæc caligo? Vbi nunc formosus ille Megillus? Aut quònam indicio quis Phryne formosiorem Symmachen hîc dignosceret? Hîc enim paria & eiusdem coloris omnia, adeò vt nihil sit neque formosum, neque formosius. Quin palliastrum meum, quod antehac fœdum videbatur, æquè nunc est in precio, quàm ipsa regis purpura: nempe quòd ambo sint obscura, ac eisdem tenebris obducta. Tu autem Cynisce, vbi tandem es? CYN. En tibi Micylle hîc adsum: sed si commodum videtur, pariter eamus. MICYL. Probè dicis: dextram mihi injice. Dic mihi, quando Eleusinis sacris initiatus es, nônne tibi hæc similia videntur illis quæ istic fiunt? CYNIS. Rectè confers. En adeò, quædam facem gestans accedit, obtuens terrificum quiddam & minabundum. An'non est Erin-

βλέπεις. ἦ ἆρά πε Ἐρινύς ἐσ-
τιν; Μι. ἔοικεν ἀπό γε τοῦ
σχήματος. Ερ. παραλάμ-
βανε τούτους, ὦ Τισιφόνη, τέτ-
ταρας ἐπὶ δισχιλίοις. Τι. καὶ
μὴν πάλαι γε ὁ Ραδάμαν-
θυς οὗτος ὑμᾶς προσμένει.
Ρα. πρόσαγε αὐτούς, ὦ Ἐρινύ-
ες. σὺ δέ, ὦ Ἑρμῆ, κήρυττε,
καὶ προσκάλει. Κυ. ὦ Ρα-
δάμανθυ, πρὸς τοῦ πατρός,
ἐμὲ πρῶτον ἐπίσκεψαι πα-
ραγαγών. Ρα. τίνος ἕνε-
κα; Κυ. πάντως βούλομαι
κατηγορῆσαί τινος, ἃ σοφι-
σάμενος πονηρὰ δράσαντι
αὐτῷ πρὸς τὸν βίον. ἐκ ἂν ἀξιό-
πιστος εἶναι λέγων μὴ ἐκ πρό-
τερον αὐτὸς φανείς οἷός εἰμι,
καὶ οἵαν τινὰ ἐβίωσα τρόπον.
Ρα. τίς δὲ σύ; Κυ. Κυνί-
σκος, ὦ ἄνες, τὴν γνώμην
φιλόσοφος. Ρα. ἀτὰρ ἐλθέ,
καὶ πρῶτος ἐς τὸν λίκνον
κατάστηθι. σὺ δὲ πρόσκαλει τοὺς
κατηγόρους. Ερ. εἴ τις Κυνί-
σκου τούτου κατηγορεῖ, δεῦρο
πρὸς-

est Erinnys? MICYLL. Apparet certè ex habitu. MERCVRIVS. Excipe hos, ô Tisiphone, supra mille quatuor. TISIP. Atqui iamdudum Rhadamanthus hic vos expectat. RHADAMAN. Adduc ipsos, ô Erinny. Tu verò Mercuri, vt est præconis munus, editis nominibus singulos accerse. CYNIS. O Rhadamanthe, per patrem te obsecro, meam causam primùm omnium cognoscas. RHAD. Qua gratia? CYNIS. Omnino gestit animus accusare quendam de malis quæ in vita me conscio commisit. Alioqui ni prius qui sim, & qua ratione vitæ cursum transegerim, fiat manifestum, non dignus ero cui fides adhibeatur. RHAD. Quis ergo es? CYNIS. Cyniscus sum, ô præclare, professione Philosophus. RHADA. Huc ades, & Tu verò accusatores accerse. MERCVR. Si quis Cyniſci huius est accusator,

primùm ad iudicium assiste.

πρόσιτον. οὐδεὶς προσέρχεται. Ρα. ἀλλ' ἐχ ἱκανὸν τοῦτο, ὦ Κυνίσκε· ἀπόδυθι δέ, ὅπως ἐπισκοπήσω σε καὶ τῶν στιγμάτων. Κυ. ποῦ γὰρ ἐγὼ στιγματίας ἐγνώμην; Ρα. ὁπόσα ἄρα τις ὑμῶν πονηρὰ ἐργάσηται πρὸς τὸν βίον, καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἀφανῆ στίγματα ἐπὶ τῆς ψυχῆς περιφέρει. Κυ. ἰδοὺ σοὶ γυμνὸς παρίσταμαι, ὥστε ἀναζήτει ταῦτα, ἄνπερ σὺ φῇς, τὰ στίγματα. Ρα. καθαρὸς ὡς ἐπίπαν εἶναί μοι, πλὴν τέτταρων τριῶν ἢ τεττάρων ἀμαυρῶν πάνυ, καὶ ἀζόων στιγμάτων. καί σοι τί τοῦτο; ἔχνη μὲν καὶ σημεῖα τῶν ἐγκαυμάτων, ἃ οἶδα δ' ὅπως ἐξαλείπεται, μᾶλλον δὲ ἐκλέλοιπεν. πῶς ταῦτα, ὦ Κυνίσκε, ἢ πῶς καθαρὸς ἐξ ἀρχῆς ἀνεφάνης; Κυ. ἐγώ σοι φράσω· πάλαι πονηρὸς δι' ἀπαιδευσίαν ἐγνώμην, καὶ πολλὰ δὴ τοῦτο ἐμπολήσας στίγματα· ἐπειδὴ τάχιστα φιλοσοφίας ἠρξά-

huc prodeat. RHAD. *Nullus accedit: quanquam hoc satis non est, ô Cynisce, sed vestimenta detrahe, vt de te, notis tuis inspectis, pronunciem.* CYNIS. *At vbi Cynisc⁹ notis esset inustus?* RHADAM. *Quot scelera quisque vestrûm in vita patrârit, tot notas, sed quæ non facilè appareant, in anima circumfert.* CYNIS. *En tibi nudus assisto: quare notas quas dicis, inuestiges licebit.* RHADAM. *Hic per omnia est purus, præter treis quatuórve cicatrices admodùm obliteratas, ac vixdum conspicuas. At at quid hoc? vestigia certè, & inustionum signa. Verùm haud scio quomodo sunt deleta, imò verò in totum excisa. Quid hæc, ô Cynisce? aut quî denuò purus es factus?* CYNIS. *Equidem rem tibi indicabo. Olim cùm per imperitiam vitiosus essem, atque hoc nomine complureis commeruissem notas, sapientiæ studio me ipse dedere cœpi: cuius*

ἀρξαμένῳ, κατ' ὀλίγον ἀπαλ-
λάξας τὰς μυελίδας ἐκ τῆς ψυχῆς
ἐπιπεσάμενον. Πα. ἀγαθῇ γε
οὔτῳ, καὶ ἀνυσιμωτάτῳ χρη-
σάμενος τῷ φαρμάκῳ· ἀλλ'
ἄπιθι ἐς τὰς Μακάρων νή-
σους, τοῖς ἀεὶ σωφρονοῦσι
σοι, κατηγορήσας γε πρότε-
ρον, οὗ φὴς τυράννου, ἄλλους
προσκαλοῦ. Μι. καὶ τοῦτο, ὦ
Ραδάμανθυ, μικρόν ὅτι, καὶ
βραχέως τινὸς ἐξετάσεως
δεόμενον. πάλαι γάρ σοι κατ' γυ-
μνός εἰμι, ὥσπερ ἐπιστοκόπα. Ρα.
τίς δ' ὢν τυγχάνεις; Μι. ὁ
σκυτοτόμος Μίκυλλος. Ρα.
εὖγε, ὦ Μίκυλλε, καθαρὸς ἀ-
κεραίως καὶ ἀνεπίγραφος, ἄλ-
λῃθι καὶ σὺ παρὰ Κυνίσκον
τινά, ἢ τύραννον ἄλλη προσ-
κάλει. Ερ. Μεγαπένθης
Λακύδου ἀκέτω. σοὶ μέλει;
πρόσιθι, σὺ δὲ τύραννον προσ-
καλοῦ. πρόβαλ' αὐτόν, ὦ Τι-
σιφόνη, ἐς τὸ μέσον, ἐπὶ πρό-
χυλον ὠθοῦ. οὐχ, ὦ Κυνίσκε,
κατηγόρει, καὶ διέλεγχε ἤδη,
πλη-

ius beneficio haud ita mul-
tò pòst vniuersas maculas
ex animo absterſi. RHA-
DAM. Bono profectò & præſentiſsimo es vſus remedio. Sed iam hinc in Beatorum inſulas abito (illic enim inter optimos locum habebis) ſi priùs, Tyrannum de quo dicis, accusáris. Alios aduoca; Mercuri. MIC. Quod ad meam cauſam attinet, parùm ſanè eſt, & breui cognitione indiget. Iamdudum enim hîc tibi nudus adſum: quare me introſpicias licebit. RHADAM. At quis tandem es? MIC. Sum Micyllus ſutor. RHADAM. Euge, ô Micylle, purus es omnino, & ne punctulo quidem notatus. Concede & tu ad hunc Cyniſcum. Accerſe nunc tyrannum. MERCVR. Megapēthes Lacydæ filius prodeat. Quorſum te agis? Accede: te voco, tyranne. Quin ipſum, ô Tiſiphone, in medium proijcis, capite in terram ſtatuto? Bene habet. Tu nunc, ô Cyniſce accuſa, & hominem de ſceleribus

πλησίον γὰρ ἀνὴρ οὗτοσί. ΚΥ. τὸ μὲν ὅλον οὐδὲ λόγων ἦλθε, γνώσῃ γὰρ αὐτὸν αὐτίκα μάλα, οἷός ἐστιν, ἐκ τῶν σημάτων. ὅμως δὲ ἐξ αὐτοῦ ἀρξαμένου ἐπιδείξω σοι τὸν ἄνδρα, ἐξ οὗ τὸ λοιπὸν ῥᾴδιον φανεῖται. ἐτοσὶ γὰρ ὁ τυραννοκτόνος, ὑφ' οὗ μὲν ἰδιώτης ὢν ἔπραξε, παραλείψειν μοι δοκῶ. ἐπεὶ δὲ τοὺς θρασυτάτους προσεταιρόμενος, καὶ δορυφόρους σιωπῇ ἀγαγών, ἐπανέστη τῇ πόλει τυραννοῦντι λαθών, ἀκεῖνος μὲν ἀπέκτεινε πλείονας, ἢ μυρίους. τὰς δὲ οὐσίας ἁπάντων ἀφαιρούμενος, καὶ πολλοὺς πρὸς τὸ ἀργύριον ἀφικόμενος, οὐδεμίαν μὲν ἀπολασίας ἰδέαν παρέλιπεν. ἅπασι δὲ ὁμοίως τοῖς ἐν τῇ πόλει κατὰ τῶν ἀθλίων πολιτῶν ἐχρήσατο, παρθένους διαφθείρων, καὶ ἐφήβους διατρέχων, καὶ πάντα πρόσωπον τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐμπαροινῶν. καὶ ὕβρεως μέχρι, καὶ τύφου,

conuince. Iam enim hic tibi propter adest. CYN. Principiò quamuis in accusando ne verbis quidem opus fuisset, quandoquidem cuius monetæ sit, vel ab ipsis notis agnoscere potes, tamen quò res fiat sole clarior, & ipse tibi virum detegere, sermonéque depingere conabor. Ac flagitia quæ ter scelestus nebulo tantisper dum priuatam agebat vitam, peregit, equidem censeo prætermittenda. Sed vbi partim hominum perditissimorum atque audacissimorum, quos in hoc sibi conciliârat, fauore, partim satellitum collecta manu, tyrannidem arripuit, plus sexcentos indicta causa trucidauit. Deinde cùm hac via singulorum ciuium opes exhauriendo, diuitias summas corrasisset, nullam libidinis speciem intentatam reliquit. Quin genus omne cùm iniuriæ tum crudelitatis in miseros ciues exercuit, virgines vitiando, adolescentes stuprando: breuiter, modis omnibus in subditos debacchando. Iam prò

fastu,

τύφω, καὶ τοῦ πρὸς τὰς ἐντυγχάνοντας φρυάγματος, οὐδὲ κατ' ἀξίαν ἀνώλεθρον ἂν παρ' αὐτοῦ λαβεῖν τιμὴν δίκην. ῥᾴδιον γοῦν ἄν τις τὸν ἥλιον, εἰ τότε ἀσκρᾶ λαμπρᾷ πρόσβλεψεν. οὐ μὴν καὶ τὸ τῶν ἐπιτιμίων πρὸς ὠμότητα καινουργὸν αὐτοῦ τίς ἂν διηγήσαιτο ἀνώλεθρα, ὃς γε μηδὲ τῶν οἰκειοτάτων ἀπέσχετο; καὶ ταῦτα, ὅτι μὴ ἄπαξ ἐγώ τις δίκαι κατ' αὐτοῦ ἐβόλην, ἀντίκα ἄσχ, προσκαλούμενος τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πιφονευομένους· μάθοις δ' ἄπαντες, ὡς ὁρᾷς, πάρεσι, καὶ προσελθόντα ἄγχουσιν αὐτόν. οὗτοι πάντες, ὦ Ῥαδάμανθυ, πρὸς τοῦ ἀνιτηρίου τεθνᾶσιν, οἱ μὲν γαμετῶν ἕνεκα ὠμόφρων ἐπιβουλευθέντα, οἱ δ' ὑέων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων ἀναιρεθέντα, οἱ δ' ὅτι πλούσιον, οἱ δ' ὅτι ἄρα ἀνδρεῖοι καὶ σώφρονες, καὶ ἁλόντες ἐπίσκονδα

ζῆς

faſtu, pro ſuperbia, próque eius in obuios omneis fremitu, ſupplicium factis dignum ſumere non poſsis, quando minori periculo in ſolem quàm in hunc defixis oculis tueri licuiſſet. Porrò noua ſupplicia, & ad crudelitatem eius explendam recens inuenta, quis poterit recenſere, qui ne ab intima quidem familiaritate cõiunctis abſtinuerit? Quòd ſi ab eo interemptos huc aduocaris, facilè comperies hæc haudquaquam à me calumniandi ſtudio confingi. Imò verò non vocati, & voluntarij, vt vides, hîc adſunt, ipſumq; circunſiſtentes malè vrgent. Hi omnes, ô Rhadamanthe, huius crudelitate vitam amiſerunt: quorum alij formoſarum vxorum gratia inſidijs ſunt circumuenti: alij, quòd liberorum ſuorum, quos ad iniuriam violenter abduce-

bat, nomine ſtomacharentur, ſunt trucidati: alij, quòd opibus illorum inſidiaretur: porrò alij, quòd boni eſſent & prudentes, quibus haudquaquam cum illius factis con-

ὧῖς ἁρμοῦσιν. Ρα. τί πρὸς ταῦτα φὴς, ὦ μιαρὲ σύ; Μι. τὸς μὲν φόνους ἔργασμαι, οὓς λέγει· τὰ δ' ἄλλα πάντα, τὰς μοιχίας, καὶ τὰς τῶν ἐφήβων ὕβρεις, καὶ τὰς διαφθορὰς τῶν παρθένων, ταῦτα πάντα Κυ. νίσκος με διαβάλλει. Κυ. ἐκεῖνα καὶ τούτων, ὦ Ραδάμανθυ, πρόξω σοι μάρτυρας. Ρα. εἶναι τούτους λέγεις; Κυ. πρόσκαλεῖσθαι, ὦ Ἑρμῆ, τὸν Λύχνον αὐτὸν, καὶ τὴν Κλίνην· μαρτυρήσουσι γὰρ αὐτοῖς πρὶν λθόντων, οἷα πράττοντι συνηπίσταντο αὐτῶν. Ερ. ἡ Κλίνη, καὶ ὁ Λύχνος ὁ Μεγαπένθους πρόσω· νῦν ἐπαίνων ἅπαξ ἕνεκα σου. Ρα. ἄπατε σφῶϊν ὑμᾶς, ἃ φωνεῖτε Μεγαπένθη τοῦτο· πρόσω δὴ σὺ ἡ Κλίνη λέγε. Κλί. πάντα ἀληθῆ διαβεβόηκε Κυνίσκος· ἐγὼ μέντοι ταῦτα ἅπαν, ὦ δέσποτα Ραδάμανθυ, ἀνέχωμαι, ταῦτα ἐῶν, ἃ ἐπ' ἐμοῦ διεπράξατο. Ρα. ἀφίστατα μὲν οὖν καταμαρτυρᾷς, μὴ δ' venire poterat. RHAD. Quid ad hæc dicis, sacrilege? MEGAP. Cædes quas dicit, equidem perpetraui: cætera verò omnia, nempe adulteria, læsam puberum pudicitiam, virginum stupra, hæc omnia Cyniscus falsò criminatur. CYNIS. Quin & horum testes proferam, ô Rhadamanthe. RHADAM. Quos eos dicis? CYNI. Mercuri, eius mihi Lucernam aduoca, & Lectum. Hæc enim in medium progressa, quæ sèse conscijs hiter scelestus patrârit, testabuntur. MERCVR. Et Lectus & Lucerna Megapenthis huc assint. Bene sanè quòd absequuntur. RHADAM. Exponite ergo vos, quæ vobis testibus commiserit hic Magapenthes. Tu Lecte dic prior. LE. Vera planè sunt omnia de quibus à Cynisco accusatur: me tamen, ô here Rhadamanthe, hæc dicere sanè pudet: eiusmodi sunt, quæ supra me patrauit. RHADAM. Itaque eum testimonio tuo apertissimè

μὰ δ' ἐπεῖ αὐτὰ ὑπομένουσα. ὡς σὺ δὸ Λυχνῶ ἄλλη μαρτύρια. ΛΥ. ἐγὼ τὰ μὲν ἡμέρας μὲν οὐκ οἶδα, οὐ γὰρ παρῆν. ἃ δὲ τῶν νυκτῶν ἐποίει, καὶ ἐπασχεν, ὀκνῶ λέγειν. πλὴν ἐκεῖνα ἐθεασάμην γε ποτὲ, καὶ ἄῤῥητα, καὶ πάσχειν ὕβρεις ὑπερπαικότα, καὶ δι' ποτὲ ἐκεῖνον τὸλμαν οὐκ ἐπαινῶ, ἀκροβλίαν θέλων. ὁ δὲ καὶ πρὸς ἐμὲ δὴ τοῖς ἡμομένοις, καὶ τὸ φῶς μὲ πάντα πρόσωπον ἐκτιμίσαντο. ΡΑ. ἄλις ἔλλα τῶν μαρτύρων· ἀλλὰ καὶ ἀπόδυθι τὴν πορφυρίδα, ἵνα καὶ τὸν ἀριθμὸν ἴδωμεν τῶν στιγμάτων. πάπαὶ, ὅλον ὑποῖ πεπλισμένος καὶ ἐκτάτραφον, μᾶλλον δὲ ἰωάνιός ἐστιν ἀπὸ τῶν στιγμάτων. τίνα οὖν ἐκολασθῆναι πρόπον; ἆρ' εἰς τὸν Πυριφλεγέθοντά σοι ἐμβληθῆναι, ἢ πρὸς Κέρβερον; ΚΥ. μηδαμῶς, ἀλλ' εἰ θέλοις, ἐγώ σοι ἐκεῖνό τινα καὶ πρώτως αὐτῶν τιμωρίαν ὑποθή-

simè damnas, cùm eius facinora ne dicere quidem sustineas. Et tu iam Lucerna testimonium. LVCER. Equidem quæ interdiu sine facta, nescio: neque enim aderam. Verùm quæ noctu vel in alios fecit, vel ipse est passus, horreo dicere. Cæterùm nephanda multa, & quouis iniuriæ genere superiora sæpenumerò spectaui, adeò vt & ipsa quidem aliquoties extingui gestiens, oleum vltrò non adhibuerim. At ille quò mihi lucem modis omnibus conspurcaret, etiam abominandis facinoribus me inuitam adhibuit. RHADAM. Satis est testimoniorum. Sed purpuram hanc exue, vt & notarum numerum conspiciamus. Papæ hic totus est liuidus & insignis, imò præcicatricum crebritate cæruleus. Nunc autem quo tormenti genere est puniendus? in Phlegethontémne iniiciendus, an tradendus Cerbero? CYN. Minimè, sed si tibi est cordi, nouum quoddam supplicium, & hoc planè dignum indi-

ποθάνωμαι. Πα. λέγεις, ὡς ἐγγύθι μεγίσλου ἐπὶ τούτῳ χάριν ἕξομαι. Κυ. ἔθος ὅδε, οἶμαι, τοῖς ἀποθνήσκουσι πᾶσι, πίνειν τὸ Λήθης ὕδωρ. Ρα. πάνυ μὲν οὖν εἶναι. Κυ. ἐκεῖνον μόνον ἐξ ἁπάντων ἄποτον ἔτι. Ερ. διατί δή; Κυ. χαλεπὴν ὅτως ὑφίξει τὴν δίκην, μνημονεύων οἷος ἦν, καὶ ὅσην ἐδυνάσθη ἐν τοῖς ἄνω, καὶ ἀναπαμπαζόμενος τὴν ὑβρίν. Ρα. εὖ λέγεις, καὶ καταδικάζω, καὶ παρὰ τὸν Τάνταλον ἀναχθεὶς ἐκεῖσε δεδέσθω, μνημονεύων ὧν ἔπραξε κατὰ τὸν βίον.

cabo. RHAD. *Dic modò: nam ego tibi vel hoc nomine magnam habebo gratiam.* CYNIS. *Mos est, ni fallor, vt qui moriuntur, ex obliuionis fonte bibant.* RHAD. *Est quidem. Sed quid tum?* CYNIS. *Hic ergo solus à potu arceatur.* RHAD. *At qua gratia?* CYNIS. *Hac via graueis sanè & molestas dabit pœnas: videlicet cùm recordabitur & qui fuerit, quantâque apud superos potentia præualuerit: in primis autem vbi delicias illas suas in animo recolere cœperit.* RHAD. *Probè dicis. Itaque ad eum modum damnatus esto, & ad Tantalum vinculis alligator, sempérque in animis versato, quæ dum vixit, peregit iucundè.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a ARTIBVS.] *Poëtæ Mercurium furem, & furum præsidem constituunt. vnde ὀξύχειρ, & manibus aduncis in dialogo Apollinis & Vulcani suprà dictus est.* b Etenim ex quo eum nubi tradidit Atropos.] *Vna ex tribus Parcis, Erebi & noctis filia, vt Cicero tradit. Dictam putant ab ἀ & τρέπω, quòd mors sit inexorabilis, & nulli parcat.* c Aeaco adnumerarem.] *Is vnus est inferorum iudex. Tres enim dicuntur esse: Rhadamanthus, Minos, Aeacus, omnes reges Cretenses, & ob iustitiam filij Iouis dicti: ob seueritatem autem, apud inferos esse*

esse existimati. à Occiso Cleocrito.] *Cleocritus apud Comicos taxatur vt mulierosus, & cinædus, & obscurus, & vt Cibeles filius. In Rheæ enim mysterijs molles tantùm intersunt. Hæc Suid.* e Quot scelera.] *Eorum animis, qui magnis se facinoribus, dum vitam agerent, obstrinxerũt, maculas inustas esse docet, Platonem ridens, qui sic in Gorgia loquitur:* Ἀλλὰ πολλάκις τὲ μεγάλε βασιλέως ἐπιλαβόμενος, ἢ ἄλλε ὁποτεῦν βασιλέως ἢ δυνάςε κατεῆσεν ἡδονὰς ὑμᾶς ὃν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ ἀμμαγωμένες, καὶ ἔλαν μεγάλων ἐπιρρυτιῶν καὶ ἀδικίας. *Hoc attigit lib. in Ruff. 2. Claudianus:*

Quid demens manifesta negas? en pectus inustæ
Deformant maculæ —. *Solet autem is poëta diuini illius hominis sententias mutuari.*

SEQVVNTVR ORATIONES, quarum quædam adhuc inter Mortuorum dialogos, quædam adhuc inter Saturnales epistolas priùs relatæ fuêre: nonnullæ quoq; Dramaticæ.

ΠΕΡΙ ΟΡΧΗΣΕΩΣ.

ΛΥΚΙΝΟΥ ΚΑΙ ΚΡΑΤΩΝΟΣ.

DE SALTATIONE.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

DEfendit hac oratione saltandi artem Lucianus contra Cratonem quendam, à quo studium eius rei reprehendebatur vt effœminatũ ac molle, ac viro præsertim philosopho indignũ. Colligit autẽ honestatẽ ac dignitatem artis primùm ab antiquitate, multis ac varijs exemplis, ostendens quantũ in vsu saltandi studiũ veteribus fuerit, & quantopere eo omnes propè gentes iam inde ab initio delectatæ sint, quibus itẽ laudibus eã artem cùm poëtæ tũ alij quidã celebrârint, confutata interim tragœdiæ comœdiæq; præstantia, quarum certa-

mina atq; actiones Crato saltationibus antepoſuerat. Deinde & præſtantiam artis à difficultate commẽdat, docens multarũ ac variarũ rerum peritum, multisq; tũ ingenij tũ corporis dotibus ſaltatorem præditũ eſſe oportere. Inter quæ & effectum ac vim artis proſequitur: docens non oblectare tantùm eam, verùm & corporis agilitatẽ quandam decentẽ atq; vtilem inde cõparari, roburq; & vires augeri. Deinde & animi quandã ſapientiã ac mores hominũ formari. Idq; exẽplis tũ philoſophorũ, tum barbarorũ quorundam amplificat. Poſtremò & vitia ſaltatorũ aliquot recẽſet, & p̃cipuè quãtum noceat, aut aliàs, iſta vel in primis in hac arte cacozelia ſeu nimia affectatio, exemplis docet, quæ res & ipſa ad difficultatem artis cõfirmandam pertinet. Exordiũ ab occaſione ſumitur: à quo mox Cratonis reprehẽſio ſequitur, qui ſtudiũ huius rei in Luciano reprehendit, à perſonæ qualitate, & modo rei: addita etiã amplificatione quadã à collatione, quã antequã ad rẽ accedit, Lucianus ab inæqualitate refutat, ipſumq; Cratonẽ indignè & abſurdè facere oſtendit, qui rẽ nec viſam, nec cognitam, temerè reprehendat. Atq; ita ad argumentum, illo auſcultandi operam pollicente, deſcendit.

LVCIANVS.

Πάλαι ζήνων, ὦ Κράτων, ἀκκιλιώ τινα ταύτην κατηγορίαν ἐν πολλῷ, οἶμαι, παρεσκευασμένος, καὶ ἡγόρηκας ἐρρήθη τι, ἢ οὐ γὰρ ἤκουσας, ἢ πρόσεστι ἡμῶν τι, ἢ χαρόντων τῇ διαβολῇ βίᾳ, ὡς ἐπὶ φαύλῳ τῷ μικρολογωτάτῳ πράγματι μεγάλων σπουδῶν ποιησόμενον, ἄκουσον,

Oſteaquã [a] tu Craton, [b] iam olim acerba quadam accuſatione adornata, ac diu multúmque meditata, in ius vocâſti cùm ſaltationes, tum ipſum ſaltandi artificium, inſuper autem & nos reos feciſti tali gaudentes ſpectaculo, quaſi in re frivola & muliebri multum ponamus operæ: audi obſecro quantum

ὅσον τοῦ ὀρθοῦ διημάρτηκας, καὶ ὡς ἀληθῶς σιαυτὸν, τοσούτῳ μᾶλλόν τι ἐν τῷ βίῳ ἀγαθῶν διαθήγα-ρῶν. καὶ συγγνώμη σοι, εἰ ἐξ ἀρχῆς βίῳ αὐχμηρῷ συζῶν, καὶ μόνον τὸ σκληρὸν, ἀγαθὸν ἡγούμενος, ἀπ' ἀπειρίας αὐτὸ, διατριβῆς ἄξια ἂν νομίκοις. Κρά. ἀνὴρ εἶ τις ὦν, ὦ λῷστε, καὶ ταῦτα, παιδείᾳ σωτροφος, καὶ φιλοσοφίᾳ τὰ μέτρια ὡμιληκὼς, ἀφίμῃ, ὦ Λυκῖνε, τοῦτο περὶ τὰ βελτίω σωσθάλαβε, καὶ τοῖς παλαιοῖς συνέναι, διάθησαι διατωλύμῃ, θηλυδρίαν ἄνδρα τὸν ὁρῶν, ἰωδοῦσι μαλακαῖς, καὶ ἅσμασιν ἀκολάστοις ἐναβρυόμενον, καὶ μιμούμενον ἐρωτικὰ γύναια τῶν πάλαι, τὰς μαινομένας Φαίδρας καὶ Παρθενόπας, καὶ Ῥοδόπας τινὰς, καὶ ταῦτα ποιοῦντα μετὰ κρότων καὶ τριτίσμασι, καὶ ποδῶν κτύπῳ, διαταράττοντα ὡς ἀληθῶς πράγματα, καὶ ἅμα

quantum à recto aberraris, tum quemadmodum deceptus per imprudentiam, rem omnium in mortalium vita optimam innocenter accusaris. Et equidem venia tibi habenda est, si statim sub initium asperæ vitæ temet assuescens, & tantùm quod durum fuerat, bonum existimans, rerum ductus imperitia, ista accusatione digna censueris. CRAT. *Cùm vir sies, ô optime, & maximè disciplinis liberalibus innutritus, nec non in Philosophiæ studijs mediocriter versatus, posthabeas autem, ô Luciane, rerum optimarum exercitium, & priscorũ illorum conuictum, cæterùm sedere sustineas in theatro omnium posticas sannas excipiens, & hominẽ effœminatum spectans mollibus vestimentis indutum, ac cantilemis lasciuis & turpibus perstrepentem, tum prisci seculi mulierculas amatorias imitantem, nempe libidinosissimas Phædras, & Parthenopas, & Rhodopas, & hæc omnia cum pulsationibus, & lasciuis & obscœnis carminibus, & pedum strepitu: hæc inquam res est perquàm ridicula, &*

quæ

σε ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ, καὶ οἷον δὴ πρέποντα. ὥστε ἔγωγε συμβούλῳ ὡς ἐπὶ τοιαύτῃ θέᾳ σχολάζοις, οὐκ ἀλόιθων μόνον ὑπὲρ σοῦ, ἀλλὰ καὶ λυπάθων, εἰ Πλάτωνος καὶ Χρυσίππου καὶ Ἀριστοτέλους ἐπελαθόμην, λάθοιμι, τὰ ὅμοια πεπονθὼς τοῖς τὰ ὦτα κλῄθρῳ λυομένοις· καὶ ταῦτα, μυείων ἄπωθεν ὄντων ἀκουσμάτων, καὶ θεαμάτων σπουδαίων, ἃ τούτων τισὶ λοιποῖς, τῶν λυπηρῶν αὐλητῶν, καὶ τῶν λιθάρων τὰ ἤνυσμα πεφιλόντων, καὶ μάλιστα τῆς σεμνῆς τραγῳδίας, καὶ τῆς φαιδροτάτης κωμῳδίας, ἄπειρ καὶ ἐναγώνια ἀναιξίωσαι. πολλῆς οὖν, ὦ γενναῖε, τῆς ἀφθονίας δεῖ λύσαι πρὸς τοὺς πεπαιδευμένους, ἃ βέλει μὴ πανταπασιν ἐπιπεπεῖσθαι, καὶ τῆς τῶν σπουδαίων ἀγῶνος ἐξεληλάσθαι. καίτοι τό γε ἆθλον ἐκεῖνό ἐστιν, οἶμαι, ἀρνήσασθαι τὸ

quæ hominem ingenuum, qualem te esse conspicio, minimè deceat. Quare ego cùm certior factus essem huic tam turpi te incumbere spectaculo, non tantùm me tui puduit, sed vehementer etiam discruciatus sum animo, si Platonis & Chrysippi & Aristotelis oblitus, sederes non dissimilia cum ijs passus, quorum aures penna leuiter perfricantur: maximè verò, alijs innumeris disciplinis existentibus, & spectaculis grauibus & seriis, si quis omnino choraules exigat, ac citharœdos artificiosè canentes requirat. [d] Cùm primis verò, cùm grauem aliquam spectando tragœdiam, aut plenam hilaritatis comœdiam, non minorem voluptatem capere possis, de quarum palmario certamina quoque poëtis proponi solent. Multa itaque & accurata, ô generose, defensione apud eruditos tibi opus erit, si nolis per omnia videri excidisse, & è bonorum grege exactus esse. Atque istud mihi optimum factu videtur, vt his omnibus constanti ne-

τὸ παρ' ἰάσῃ, καὶ μηδὲ τοῦτο ἀρχὴν ὁμολογεῖν τι δι' οὗ παρανυστομοῦσθαί σε. πρὸς δὲ τὸ λοιπὸν ὅρα, ὅπως μὴ λάθῃς ἡμῖν ἐξ ἀνδρὸς τὸ πάλαι Λυδή τις, ἢ Βάκχη γυνόμενος. ὥσπερ οὖν σὸν ἂν ἦν ἔγκλημα ἂν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν, εἰ μή σε, κατὰ τὸν Ὀδυσσέα, τοῦ λωτοῦ ἀποσπάσαντες, ἐπὶ τὰς συνήθεις ἀσχολίας ἐπανάξομεν, πρὶν λάθῃς τελέως, ἐπὶ τῷ ἐν τῷ θεάτρῳ Σειρήνων καθησχημένῳ. καί σοι ἐκεῖναι μὲν τοῖς ὠσὶ μόνοις ἐπιβάλλουσι, καὶ διὰ τοῦτο μικρᾶς ἐλίττουσι πρὸς τὸν παράπλουν αὐτῶν· σὺ δὲ καὶ διὰ ὀφθαλμῶν ἔοικας ὅλος ἁλίσκεσθαι. Λυ. παπαὶ, ὦ Κράτων, ὡς μάρχαρόν τινα ἔλυσας ἐφ' ἡμᾶς τὸν σαυτοῦ λύκον. πολλοῦ γε παράδειγμα, τοῦ τῶν Λωτοφάγων καὶ Σειρήνων εἰκόνα, πολὺν ἀνομοιοτάτου μοι δοκεῖς ἀφηγήσασθαι, ὧν οἱ τρυφὴ, παρ' ὅσον τοῖς μὲν τοῦ λωτοῦ

ti negatione medearis, neq; ſub initium fatearis aliquid tale te flagitioſè deliquiſſe. In reliquum verò caue, ne nobis ignorantibus ex viro quem olim egiſti, in Lyden quampiam aut Baccham, amiſſa priſtina facie tranſmuteris. Qua in re non tibi ſolùm, ſed & nobis culpa imputanda foret, ſi non Vlyſſis in morem à loto deguſtata abſtractum, ad conſueta literarum & Philoſophiæ commercia & ſtudia te reduceremus, priuſquam omnino deceptus à Sirenibus in theatro excubantibus occuperis. Iam illæ ſolis inſidiantur auribus, eamq; ob rem haſce nauigio prætereuntibus cera opus eſt. Cæterùm tu & ab oculis videre prorſus illarum præſtigijs eſſe ſubactus. LVC. *e Paſpæ, ô Craton, quàm verò robuſtum in nos canem ſolutis loris concitâſti? Niſi quòd exemplum ſumptum à Lotophagis, & comparationem tractam à Sirenibus, parùm ſcitè, atque adeò ineptiſſimè mihi induxiſſe videris ad ea quæ mihi acciderunt. Etenim*

λωτῦ γευσαμένοις, καὶ τῶν Σειρήνων ἀκούσασιν, ὅλως δὲ λῦ τὴν ἰδωδῆς, καὶ ἀκροάσεως τὸ τίμιον. ἐμοὶ δὲ πρὸς τῷ ἡδονῇ παραπολὺ ἡδίω περιγέγονε, καὶ τέλος ἀγαθὸν ἀπέβη μοι. εἰ γὰρ εἰς λήθην τῶν οἰκοι, οὐδ' εἰς ἀγνοίαν τῶν κατ' ἐμαυτὸν πρίσπαμαι, ἀλλ' ἃ καὶ μηδὲν ὑγιὲς ἔχοντα ἐπῆν, μακρῷ φρονιμώτερός τε, καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ διαφερατικώτερος, ἐκ τοῦ θεάτρου ἐπανελήλυθα. μᾶλλον δὲ τὸ τοῦ Ὁμήρου αὐτὸ ἐπῆν καλὸν, ὅτι ὁ τοῦδε ἰδὼν τὸ θέαμα, τερψάμενος νέατα, καὶ πλείονα εἰδώς. Κρατ. Ἡράκλεις, ὦ Λυκῖνε, οἷα πέπονθας, ὃς οὐδ' ἀσχημονῆ ἐπ' αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ σεμνυνόμενός ἔοικας. τὸ γοῦν λανθάνειν τοῦτό ἐστιν, ὅτι μηδὲ ἴσασιν ἅπαντες ἵνα ἡμῖν ἐπιφαίνῃ ἐλπίδα, ἐπανῆκον ὅλως τὰ ὅτως ἀσχημονοῦντα καὶ κατάπλυτα. Λυ. ἀπὶ

nim ijs qui lotum degustauerant, ac Sirenas canillantes audierant, exitio fuit manducationis & auditionis prolubium. Mihi verò præterquam quòd voluptatem spectando cepi mirificam & iucundissimam, etiam finis peruenustè cecidit. Neque enim in obliuionem rerum domesticarum, aut negotiorum præsentium incognitionem delapsus sum: sed si mihi ingenuè veritas fatenda est, longè sapientia excultior, ac in rebus humanis multò solertior atque prouidentior ex theatro regressus sum. Magis autem illud Homeri in præsentia adducere perpulchrum esse existimo, quòd is cui illud visum sit spectaculum, Multorum gnarus simul oblectatus abiuit. CRAT. O Dij immortales, Luciane, qualia pateris, quem istorum ne pudeat quidem, sed iactanter etiam laudi tibi ducere videris. Igitur quod hac in re grauissimum est, nullam spem curationis aut remedij nobis ostendisti, qui laudibus efferre audeas tam execranda & turpia. LVC.

Age

ἀπῆ μοι, ὦ Κράτων, ταῦτ' εἰ περὶ ὀρχήσεως, καὶ τῶν ἐν τῷ θεάτρῳ γιγνομένων ἐλῶν πομάκις αὐτὸς ἐπιτιμᾷς; ἢ ἀπείρατ' ὧν τοῦ θεάματος, ὅμως αἰσχρὸν αὐτὸ καὶ κατάπλυτον, ὡς φῂς, νομίσας; εἰ μὲν γὰρ ἤδησθ', ἐξ ἴσου ἡμῖν καὶ σὺ γιγνώσκεις· εἰ δὲ μή, ὅρα μὴ ἄλογ' ἡ ἐπιτίμησις ἔναι σοι δόξῃ, καὶ θρασεῖα, κατηγορουῦτ' ὢν ἀγνοεῖς. Κρά. ἔτι γὰρ τοῦτό μοι τὸ λοιπὸν ἦν, ἐν βαθεῖ τούτῳ πώγωνι, καὶ πολιᾷ τῇ κόμῃ, καθῆσθαι μέσον ἐν τοῖς γυναίοις, καὶ τοῖς μειρακύλλοις ἐκείνοις θαυμάζων, λροσδοκῶ τά τι πεσεῖται, καὶ ἐπαίνους ἀπρεπεστάτους ἐπιβοῶντα, ὀλίθρῳ τινὶ ἀνθρώπῳ, ὡς ὄντως δλίῳ κατακλωμένῳ; Λυ. συγγνωστὰ σοι ταῦτα, ὦ Κράτων. εἰ δέ μοι πιθοῖο πολλοῦ, καὶ ὀλίγον πάρας ἵνα παράσχοις ἑαυτὸν, ἀναπαυσάμενος τὸν ὀφθαλ-

Age hoc mihi respõde, Craton: f istud de saltatione, tum ea quæ fieri in theatro consueuerunt, corámne tibi visa sunt, vt ea ita crebrò probrosis dictis insecteris: aut an potiùs spectaculi prorsus expers atq; ignarus, nihilo secus tamen illud vt turpe atque execrandum (vt ais) existimas? Quòd si enim aliquando ea præsens vidisti, iam nobis & tu hac stulta spectandi curiositate paria fecisti. Sin non, vide ne parùm modesta & nimis temeraria tua videatur esse insectatio, ea in crimen vocans, de quibus nihil habes comperti. CRAT. *Ergo hoc mihi adhuc supererat, vt in tam profunda barba & cano capite sederem inter mulierculas, & insanientes illos spectatores, applaudens & præconijs ineptissimis acclamans homuncioni cuipiam perdito, nulla necessitate lachrymas profundenti?* LVC. *Est equidem hoc tibi ignoscendum, ô Craton: illud tamen pro certo exploratum habeo, si meis monitis morem gerens, tantum tempu-*

sculi

θαλμὸς, νῦν οἶδα ὡς οὐκ ἀνάσχοιο ἄν, μὴ ἐκ πᾶν τῶν ἄλλων θέαν ἐμπιπλάμενος καταλαμβάνων, ὅθεν καὶ ὄψει ἀκριβῶς, καὶ ἀκούσῃ ἅπαντα. Κρατ. μὴ ὤφελον ἄρα ἐκοίμην, εἴ τι ζημίαν ἀναστοίμην ποτὲ, εἰ ἄρ' ἔμελλόν τι ἄλλο τὰ σκέλη, καὶ τὸ γένειον ἀπαράτιλτον, ὡς νῦν γε καὶ σὺ ἤδη ἐλεῶν, τελέως ἡμῖν ἐκβεβαρβαρωμένον. Λυ. βούλει οὖν, ἀφέμενον, ὦ ἑταῖρε, τῶν βλασφημιῶν τούτων, ἀκροᾶσάμενόν τι περὶ ὀρχήσεως λέγοντος, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ καλῶν, καὶ ὅσ' ὀρθωνὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὠφέλιμός ἐστι τοῖς θεωμένοις, καὶ ὅσα παιδιὰ, καὶ ὅσα διάλεκτος, καὶ ὡς ῥυθμίζει τῶν ὁρώντων τὰς ψυχὰς, καλλίστοις θεάμασιν ἐγγυμνάζουσα, καὶ ἀείστοις ἀκούσμασιν ἐνδιατρίβουσα, καὶ κοινόν τι, ψυχῆς καὶ σώμα-

sculi spectandis saltationibus impertires, quantum vel periculo faciendo sufficeret, nihil tibi posthac rebus omnibus fore prius aut antiquius, quàm vt loco commodo occupato, seruire queas spectaculis, vnde exactè & videre, & clarè audire possis omnia. CRAT. Nunquam ego forma fiam amabilis, si quid tale vnquam prudens ac sciens fecero, semper autem membris hirsutis, & barba incompta atque horrida, vt me nunc tui ex animo miseret, omnibus modis insamientis. LVC. Vis ergo, & ô amice, omissis blasphemijs atq; conuicijs, arrectis auribus attentè mihi dare operam nonnihil super saltatione, eiusq; virtutibus differenti, tum quemadmodum non solùm oblectamento sit spectantibus, verumetiam emolumento: tum, quantis de rebus hominum animos commodè admoneat, & erudiat: præterea, quemadmodum spectantium mentes aptè componat, pulcherrimis exercens spectaculis, ac optimis præceptis imbuens; ad hæc, communem quandam corporis

& ani-

ώματ' ἀλλὰ ἐπιδείκνυ-
σθαι τὸ γὰρ μὴ μετὰ μουσικῆς μὴ
υθμοῦ ταῦτα πάντα ποιεῖν,
ψόγ' ἂν αὐτῆς, ἀλλ' ἔπαι-
' ἂν εἴη. Κρά. ἐμοὶ μὲν ὃ
άνυ σχολὴ μεμηνότ' ἀν-
ρώπου ἐπακοῦσαι· πλὴν νόσον
λὰ αὐτοῦ ἐπαινοίης', σὺ
, εἰ βούλει, λῆρόν τινα κα-
ασκευάσαί μοι· ἕτοιμ' ἐγὼ
ειπεῖν ταύτῃ λειτουργίαν
ποιῆσαι, καὶ παρασχεῖν τὰ
ότα, καὶ ἄνευ κηροῦ παρα-
ήσειν τῶν φαύλων ἀκού-
ειν'. ὥστε ἤδη σιωπήσομαί
οι, καὶ λέγε ὁπόσα ἐθέλοις,
ὡς μηδὲ ἀκούοντός τιν'. Λυ.
ῦγε, ὦ Κράτων, μὴ τοῦτο ἐλπό-
λει μάλιστα. ἴσως γὰρ κατ' ὀ-
ίγον, εἰ λῆρ' ἔναι σοι δό-
α τὰ λεχθησόμενα, καὶ πρῶ-
όν γε ἐκεῖνο πάνυ ἀγνοεῖ-
αί μοι δοκᾷς, ὡς ὑπότερον
ὸ τῆς ὀρχήσεως ἐπιτήδευμα
ὄτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἀθὲς καὶ πρόλω
ἀρξά-

τὸν Ορφέα, τὸν ἐκείνου σπαραγμὸν, καὶ τὸν λάλον αὐτῆς ἀνθρωπίλλων, τὸν ἐπιπλέουσαν τῇ λύρᾳ, καὶ τὸν Αἷμον, καὶ τὸν Ροδόπην, καὶ τὸν Λυκούργου κόλασιν. καὶ Θεσσαλία δ' ἔτι πλείω παρέξεται, τὸν Πελίαν, τὸν Ἰάσονα, τὸν Ἄλκηστιν, τὸν τῶν πεντήκοντα νηῶν σύλλογον, τὸν Ἀργὼ, τὸν λάλον αὐτῆς τρόπιν, τὰ ἐν Λήμνῳ, τὴν Αἰήτου, τὸν Μηδείας ὄνειρον, τὸν Ἀψύρτου σπαραγμὸν, καὶ τὰ ἐν τῷ παράπλῳ γενόμενα, καὶ μετὰ ταῦτα τὸν Πρωτεσίλαον, καὶ τὸν Λαοδάμειαν. ἢν δὲ εἰς τὴν Ἀσίαν πάλιν ἔλθῃς, πολλὰ ἀκήκοα ῥήματα. ἡ γὰρ Σάμος εὐθὺς, καὶ τὸ Πολυκράτους πάθος, καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ μίχρι Περσῶν πλάνη. καὶ τὰ ἔτι ἀρχαιότερα, ἡ τοῦ Ταντάλου φλυαρία, καὶ ἡ παρ' αὐτοῖς θεῶν ἑστίασις, καὶ ἡ Πέλοπος κρεωφαγία, καὶ ὁ ἐλεφάντινος ὦμος αὐτοῦ. καὶ ἐν Ἰταλίᾳ δέ, ὁ Ηριδανὸς, καὶ Φαέθων, καὶ

pe Orpheum, & illius factam à mulierculis dilaniationem, eiusq; caput loquēs, idemque vnà cum lyra natans. Prætereà Hæmum & Rhodopen, tum Lycurgi supplicium. Porrò Thessalia adhuc plura his subministrabit, Peliam, Iasonem, Alcestin, classem quinquaginta nauibus congregatam, Argo, & loquacem eius carinam. Insuper res in Lemno gestas, Aeetam, Medeæ somnium, Absyrti dilaceratione, tum omnia illa quæ inter nauigandum acciderunt. Post hæc autem Protesilaum & Laodamiam. Rursus si in Asiam postliminiò te contuleris, multam ibi inuenies fabularum copiam. Statim enim tibi occurret Samus, mox Polycratis calamitas, atque filiæ eius vsque ad Persas erratio. Quin etiam his adhuc antiquiora, nimirum Tantali loquax incontinentia, tum deorum apud eundem conuiuium, & Pelopis carnea depastio, eiusq; elephantinus humerus. In Italia verò Eridanus & Phaëthon, & po-

ἡ ἄγαθοι ἀδελφαὶ θρηνῶ-
σα, καὶ ἤλικτρον δακρύουσα.
σιδα δ' ὁ τοιοῦτος καὶ τὰς
σπερίδας, καὶ τὸν φρουρὸν
ὑς χρυσοῦς ὀπώρας δράκοντα,
καὶ τὸν Ατλαντος μόχθον,
καὶ τὸν Γηρυόνην, καὶ τὴν ἐξ
ρυθείας ἔλασιν τῶν βοῶν.
κ ἀγνοήσει δὲ καὶ τὰς μυθι-
ὰς μεταμορφώσεις ἁπάσας,
σαι εἰς δένδρα, ἢ θηρία, ἢ
ρνια ἐμπάγησαν, καὶ ὅσαι
κ γυναικῶν ἄνδρες ἐγένοντο.
τὸν Καινέα λέγω, καὶ τὸν
Τειρεσίαν, καὶ ζῶντας, καὶ
ν Φοινίκῃ δὲ Μύρραν, καὶ
τὸν Ἀσσύριον ἐκεῖνο πένθος
μφίσημον. καὶ ταῦτα εἴσεται,
καὶ τὰ νεώτερα δὲ, ὅσα μετὰ
τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν ἐτολ-
μήθη ὑπό τε Ἀντιπάτρου, καὶ
παρὰ Σελεύκου, ἐπὶ τῷ Στρατο-
νίκης ἔρωτι· τὰ γὰρ Αἰγυ-
πτίων, μυστικώτερα ὄντα, ἧσσ-
ται μὲν, συμβολικώτερον δὲ
ἐπιδείξεται. τὸν Ἔπαφον λέ-
γω, καὶ τὸν Ὄσιριν, καὶ τὰς
θεῶν εἰς τὰ ζῶα μεταβολάς·
πρὸ πάντων δὲ, τὰ περὶ τοὺς
ἔρωτας

& populi lugentes ſorores, & electrum lachrymantes. Sciet eiuſmodi quoque Heſperidas, & cuſtodem aurei fructus Draconem, & Atlantis laborem, & Geryonem, tum boum ex Erythia abactionem. Neque ignorabit, omnes fabuloſas formarum transformationes, quæcunque in arbores, aut animantes, aut aues tranſmutatæ ſunt, & quot ex mulieribus viri facti ſunt. dico autem Cæneam, & vatem Tireſiam. Super hæc in Phœnicia Myrrham, & luctum illum Aſſyrium, qui geminus eſt. Et hæc habebit cognita, & adhuc recentiora, quæcunque poſt Macedonum imperium auſus eſt Antipater, & Seleucus ob amorẽ Stratonices. Aegyptiorum quæ magis erunt arcana, cognoſcet quidem, ea autem ſaltando repræſentabit ſignificantiùs: Epaphum dico, & Oſirim, prætereà Deorum in animalia tranſmutationes. Ante omnia verò ea quæ circa amo-

ἔρωτας αὐτῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Διὸς, καὶ ἃς ὅσα ἑαυτὸν μετεσκεύασεν, ἅπασι δὲ καὶ πλὴν ἐν Ἅιδου ἄπασαν πραγῳδίαν, καὶ τὰς λοιδόρους, καὶ τὰς ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίας, καὶ πλὴν Πειρίθου καὶ Θησέως ἄχρι τοῦ Ἅιδου ἑταιρείαν. σωτιλόντι δὲ ἁπάντων, ὧν τῶν ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου, καὶ τῶν ἀρίστων ποιητῶν, καὶ μάλιστα τῆς τραγῳδίας λεγομένων, ἀγνοήσει. ταῦτα πάνυ ὀλίγα ἐκ πολλῶν, μᾶλλον δὲ ἀπείρων τὸ πλῆθος ἐξειλῶν, τὰ λειφανοδίστρα λατέλειξα, τὰ ἄπλα τοῖς τε ποιηταῖς ἄδειν ἀφεὶς, καὶ τοῖς ὀρχησταῖς αὐτοῖς δεικνύναι καὶ σοὶ πρὸς ἐξουσίαν λαβὼν ὁμοιότητα τῶν προειρημένων. ἅπερ ἅπαντα πρόχειρα, καὶ πρὸς τὸν λαιρὸν ἑκάστῳ τῶν ὀρχήσεων πρὸς ποιουμένῳ καὶ προτιθεμένῳ λέσθαι ἀναγκαῖον. ἐπεὶ δὲ μιμητικός ἐστι, καὶ λινύμασι

res illorum variè & mirificè contigerunt, quæque de Ioue ipso ferentur fabulæ, tum in quascunque facies semet transfigurârit. Omnem verò inferorum tragœdiam tanquam digitos vngueśq; suos tenebit, tum suppliciorum genera, & quæ cuiusque causa extiterit, & Pirithoi & Theſei indiuulsam vsque ad inferos amicitiam. Vt autem vno quasi fasce ſummatim perſtringam omnia, nihil quod ab Homero & Heſiodo, tum ab reliquis poëtis eximijs & excellentibus maximè tragicis dictum eſt, ignorabit. Hæc admodum pauca ex multis, aut potiùs ex innumeris iſtam ſyluam, reruḿq; ſaltationi neceſſariarum ſaltem capita aliquot percensui. Reliqua verò cùm poëtis, tum ipſis ſaltatoribus demonſtranda reliqui, ac tibi quoque iuxta dictorum ſimilitudinem indaganda. Quæ omnia in numerato parata ſaltatori reponenda ſunt, vt cũ tempus exegerit, nullo negotio poſſit expromere. ¶ Quoniam verò imitatrix eſt ſaltatio, motibuśq; & geſticula-

tione

μασι τὰ ἀδόμενα λέξειν ὑ-
τισχνεῖται, ἀναγκαῖον αὐτῷ,
ὅπερ καὶ τοῖς ῥήτορσι, σφό-
δρα ἀσκεῖν, ὡς ἕκαστον τῶν
δεικνυμένων ὑπ' αὐτοῦ δη-
λοῦσθαι, μηδενὸς ἐξηγητοῦ δεό-
μενον· ἀπ' ὅπερ ἔφη ὁ Πυθι-
κὸς χρησμὸς, δεῖ τὸν θεώμε-
νον ὀρχησιν, καὶ ἀκροᾶσιν σωφρο-
νεῖν, καὶ μὴ καλλίονι τῶ ὀρ-
χηστοῦ ἀκούειν. ὃ δὴ καὶ Δημή-
τριον τὸν Κυνικὸν παθεῖν λέ-
γουσιν. ἐπεὶ γὲ καὶ αὐτὸς ὁμοιά
τι κατηγόρει τῆς ὀρχηστικῆς,
λέγων τοῦ αὐλητοῦ καὶ τῶν ᾠδεί-
ων καὶ τῶν κυμβάλων πάρερ-
γόν τι τὸν ὀρχηστὴν εἶναι, μὴ
δεῖν αὐτὸν πρὸς τὸ δρᾶμα σιω-
πηλοποιοῦντα, κινούμενον δ' ἄλο-
γον ἅπαντα ποιεῖσθαι, καὶ μά-
ταιον, ᾠδῆς αὐτῇ νῦν πρόσον-
τος· τὸν δ' ἀνθρώποις τοῖς περὶ
τὸ πρᾶγμα γοητευομένοις, ἐκ-
θῆτι σημεῖ, καὶ προσαπεῖν
ἀπρεπεῖ, αὐλῷ τι καὶ τερ-
πόμασι, καὶ τῇ τῶν ᾀδόντων
ἀφω-

tione ea quæ cantantur, ſe-
met expreſſuram pollicetur,
ſummoperè illi neceſſarium
eſt, (quod & rhetores facti-
tare conſueuerunt) vt perſpi
cuitatem exerceat, vt vnum-
quodque quod ab illa demõ-
ſtratum fuerit, ita clarè, ita
perſpicuè ob oculos poſitum
repræſentetur, vt nullius e-
narratoris egeat opera. Sed,
quod Pythico oraculo pro-
ditum eſt, oportet ſaltatio-
nis ſpectatorem & mutum
ſaltatorem intelligere, &
nihil loquentem audire. Id
quod O Demetrio Cynico
quoque accidiſſe fama eſt:
quandoquidem & ipſe non
ſecùs atque tu P in indicium
vocare ſolebat Orcheſticen,
dicens tibiæ & fiſtularum
& ſtrepituum ſuperuacuum
quiddam eſſe ſaltatorem,
quippe qui argumento con-
ficiendæ fabulæ parùm af-
ferret, motum modò inſul-
ſum & vanum adhiberet, ab
omni ratione atque intelligentia ſeiunctum. Cæterùm ho-
mines qui hac in re præſtigijs illuderentur, veſtitu ſerico,
perſonatúq; aptè accommodato, tibiáq; & laſciuis cantilenis,

ἀφωνίᾳ, οἷς λοσμεῖσθαι μηδὲν δὴ τὸ τῆ ὀρχησεῖ πρᾶγμα, ὃ τότε, λατὰ τὸν Νέρωνα δεδοκιμῶν ὀρχησὴς, ὃν ἀσύνετον, ὥς φασιν· ἀπ' ἀλλά τις ἂν εἰ, ἴν τι ἱσορίας μνήμη, καὶ λιθάρων διηγητὴν, ἰδιώτην τοῦ Δημητρίου συγγνωμονήσατε, οἶμαι, τῷ λίθοις, ἰδεῖν ὀρχούμενον ἔπειτα λατηγορεῖν αὐτοῦ. καὶ ἐπίσχετό γε ἄν αὐλοῦ καὶ ᾀσμάτων ἐπιδείξασθαι αὐτῷ, καὶ ὅτως ἐποίησεν. ἀσυχίαν γὰρ τοῖς τε λιτυπτοῦσι, καὶ τοῖς αὐλοῦσι, καὶ αὐτῷ παραγγείλας τῷ χορῷ, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ ὠρχήσατο τὸν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως μοιχείαν, ἥλιον μηνύοντα, καὶ Ἡφαίστου ἐπιβουλεύοντα, καὶ τοῖς δεσμοῖς ἀμφοτέροις, τόν τε Ἀφροδίτην καὶ τὸν Ἄρη συναγωνιῶντα· καὶ τοὺς ἐφεστῶτας θεοὺς ἅπαντας αὐτῶν, καὶ αἰδουμένην μὲν τὴν Ἀφροδίτην ἐπιδειλιῶντα δ', καὶ ἱκετεύοντα τὸν Ἄρη,

& canentium modulata concinnitate, quibus exornaretur, nequaquam saltatoriæ esse officium. Saltator ergo Neronis tempestate eximius & celebris, nec, vt ferebatur, imprudens, sed si quis etiam alius, historiarum memoria & mouendi elegãti artificio præcellens plurimùm, precatus est Demetrium, sapientissimis, vt mihi videtur, precibus, vt eum saltantem spectare velit: deinde si videretur, reprehenderet, ac saltationem acerbissimè accusatam exibilaret, atque explauderet. Pollicebatur ad hæc, se nullis tibijs & cantilenis adhibitis saltaturum: quemadmodum & fecit. Etenim strepitibus & tibijs & choro impositio silentio, ipse per se saltauit Veneris & Martis adulterium, Solem furtiui concubitus proditorem, Vulcanum mœchantibus insidias machinantem, ac vinculis vtroſq; & Martem & Venerem illaqueantem. Deos spectaculo assistentes, Venerem suffuso rubore pudefactam, subuerentem, & meticulosius

Martem

ρα, καὶ ὅσα τῇ ἰσοδίᾳ ταύτ-
πρόσεστιν, ὥστε τὸν Δημήτ-
κον ὑπερηδέσθαι τοῖς γιγνο-
μένοις, ὥστε ἐπαινον ἀρ-
πάσαι τὸν μίμησον ὡς ὀρχη-
σ· ἀνέκραγε γὰρ, καὶ μεγάλ-
τῇ φωνῇ ἀνεφθέγξατο· ἀκ-
ω ἄνθρωπε, ᾧ ποιᾶς, οὐχ ὁ-
ὸ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς
ῦς χερσὶν αὐτοῖς λαλεῖν. ἐ-
ὰ δὲ κατὰ τὸν Νέρωνα ἰσμὼ
ν λόγον, βούλομαι καὶ βαρ-
άρῳ ἀνδρὸς τὸ ἐπὶ σοῦ αὐτοῦ
χησοῦ γενόμενον ἀπᾶραι, ὅ-
ι μίμησον ἔπαινον ὀρχη-
σεῖς γένοιτ' ἄν, τῶν γὰρ ἐκ
ῦ Πόντου βαρβάρων βασιλι-
ός τις ἄνθρωπος, κατά τι
ρεῖς ἥκων ὡς τὸν Νέρωνα,
θιάτο μετὰ τῶν ἄλλων τὸν
ρχησλὸν ἐκεῖνον, ἔτω σα-
ῶς ὀρχήμενον, ὡς καί τοι μὴ
παιδοντα τῶν ᾀδομένων
ὐμίκλως γάρ τις ἦν ἑλλη-
ανὶ) σαφῶς ἁπάντων. καὶ
λὺ ἀπιὼν ἤδη ἐς τὴν οἰκίαν
ῦ Νέρωνος δεξιουμένου, καὶ
ὅ, τι

Martem ſupplicantem: præ-
tereà quaſcunque alias hæc
fabula partes complectitur,
adeò vt Demetrius ipſa arti-
ficioſa ſaltatione iam exhi-
laratus, maxima laude ſal-
tatorem extulerit. Excla-
mabat enim voce quàm po-
tuit acutiſſima in hæc ver-
ba prorumpens: Audio, ô
homo, cuiuſmodi facias: ne-
que enim tantùm video, ſed
mihi vidére ipſis loqui ma-
nibus. Quoniam verò circa
Neronis tempora noſtra ver-
ſatur oratio, animus eſt vi-
ri barbari ſuper eodem ſal-
tatore tibi referre teſtimo-
nium, quò laudem præcla-
riſſimam ſaltandi artificio
attributam eſſe cognoſcas.
S *Quippe è barbaris quidã*
homo regius è Ponto, cùm
ex negotio ad Neronem Ro-
mam veniſſet, vnáq; cum a-
lijs hunc ſpectaſſet ſaltato-
rẽ, adeò ſaltantẽ perſpicuè,
vt quanquam nihil eorũ quæ

anebantur, audire poterat (erat enim lingua ſemigræcus
uiſpiam) omnia tamen callidè intelligeret. Iam verò cũ ite-
ũ ad ſuos regreſſurus eſſet barbarus, eumq; Nero benigniùs

ὅ,τι βούλοιο, αὐτῷ μισθώσο-
τος, καὶ δόσειν ὑπισχνεί-
το· τὸν ὀρχηστὴν, ἔφη, δὸς, τὰ
μέγιστα ἀφελήσῃς. ἐπὶ Νέρω-
νος ἱερομένου, τί ἄρ σοι χρήσι-
μος γένοιτο ἰκανῶς; πόσοικους,
ἔφη, βαρβάρους ἔχω, οὐχ ὁμο-
φώνους, καὶ ἑρμηνέων ἐφέ-
δριον ἀπορῶν πρὸς αὐτούς. ἦν
οὖν τίνος δέωμαι, δηλώσων
αὐτός, ἵνα σοι ἑρμηνεύ-
σω. τοσοῦτον ἄρα δεήσει
αὐτῷ ἡ μίμησις τῆς ὀρχήσεως,
ἐπίσημός τις καὶ σφὼς φανῆ-
σα. ἡ δὲ πλείστη διατριβὴ, καὶ
ὁ σκοπὸς τῆς ὀρχηστικῆς, ἡ ἐπό-
δειξίς ἐστιν, ὡς ἔφην, κατὰ
τὰ αὐτὰ, καὶ τοῖς ῥήτορσιν ἐ-
πιτηδευομένη, καὶ μάλιστα
τοῖς τὰς καλουμένας ταύτας
μελέτας διεξιοῦσιν· οἷς γὰρ
καὶ ἐν ἐκείνοις μέτεστιν ἐ-
παινουμένη, ὡς ἔοικεν, αὕτη τοῖς
ἐπιδεικνυμένοις προσώποις, καὶ
μὴ ἀποδὰς εἶναι τὰ λεγό-
μενα τῶν εἰσαγομένων ἀνε-
δίων ἢ τυραννοκτόνων, ἢ
πρυ-

atque amantiùs inuitaret, & si quid vellet postulare, liberaliter iuberet, seq; promptè daturũ polliceretur. Da mihi, inquit, hunc saltatorem, & me hoc munere plurimũ exhilarabis. Percontante verò Nerone, cui rei domi tuæ vtilis tibi futurus est? Sunt mihi, inquit, vicini barbari lingua dispares. ad illos intelligendos interpretum parare copiã haud mihi promptum & facile est. Itaque si alicuius egens ero, ille innuens singula quæque mihi interpretabitur. Tantùm consecuta erat agilis saltationis imitatio, cùm clara & manifesta apparuisset. Cæterùm exercitiũ iuxta quod immorandum est, & saltationis scopus est repræsentatio, vt dixi, eadem opera & rhetoribus exercenda, maximè verò ijs, qui declamationibus, quas vocant, vacant. At hæc quoque in saltatoribus præcipuè laudi datur, vt personis in scenam introductis saltator per omnia gestu respondeat, neque ea quæ dicuntur, ab introductis optimatibus, aut tyrannicidis, aut mendicis,

γύτων, ἢ γεωργῶν· ἀπ' ἐκάστου τούτων τὸ ἴδιον, καὶ τὸ ἐξαίρετον δείκνυται. ἐθέλω σοι καὶ ἄλλον βαρβάρου ἆσαι περὶ τούτοις ἐπῶν. ἰδὼν γάρ ποτε πρόσωπα ὡς ὀρχηστὴς παρασκευασάμενα (τοσούτων γὰρ μερῶν τὸ δρᾶμα ἦν) ἕνα ἔτι, ὁρῶν τὸν ὀρχηστήν, τίνος οἱ ὀρχησόμενοι καὶ ἕκαστος ἐσόμενοι τὰ λοιπὰ πρόσωπα ἔσται. ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ὅτι πάντας ὑποκρίνεται, καὶ ἐπορχήσεται τὰ πάντα, ἐπιλαβόμενος, ἔφη, ὦ βέλτιστε, σῶμα μὲν ἓν ἔχεις ἡμῖν, πολλὰς δὲ τὰς ψυχὰς ἔχων. ταῦτα μὲν ὁ βάρβαρος. οὐκ ἀπεικότως δὲ καὶ οἱ Ἰταλιῶται τὸν ὀρχηστὴν παντόμιμον καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ δρωμένου σχεδόν· καλὸν γὰρ καὶ ποιητικὸν παράνυσιν ἐκείνην, τὸ, ὦ παῖ, Ποντίου θηρὸς πικρὰς νόον ἴσχων, πάσας πολίεσσιν ὁμίλει, μὴ ὡς ὀρχηστὴν ἀναγκαῖα, καὶ δεῖ πρόσεστα τοῖς πράγμασι, σωοῖς παοῶ

mendicis, aut agricolis discrepent, sed in vnoquoque illorum demonstretur proprietas & excellentia. Volo itaque & alterius tibi barbari orationem ea ipsa de re percensere. Etenim cùm quinque personas vidisset V saltatori apparatas (tot enim partibus seu actibus constabat fabula) vnum videns saltatorem, quærebat quinam reliqui essent futuri, qui alias personas saltando repræsentarent. Posteà verò quàm certior factus est, illum omnia saltatione sua repræsentaturũ: Fefelliſti nos, inquit, ô optime, quòd cùm corpus vnum tibi sit, animas plures habeas, Et hæc quidem barbarus. Non iniuriâ verò & Itali saltatorẽ Pantomimi nomine cohonestârunt, ab ipsa penè facto ad hoc introducti. Nec inelegans habenda est illa poëtica cohortatio: O fili, X Polypi mentẽ obtinẽs in omnibus versare vrbibus. saltatori equidem perneceſſaria, quê rebus adhærentem oportet ſemetipſum quibuſq; factis applica-

πεῖν ἑαυτὸν ἑκάστῳ τῶν δρωμένων. τὸ δὲ ὅλον, ἤδη καὶ πάθη δείξειν, καὶ ὑποκινεῖσθαι. ἡ ὄρχησις ἐπαγγέλλεται, νῦν μὲν ἐρῶντα, νῦν δὲ ὀργιζόμενόν τινα εἰσάγουσα, καὶ ἄλλον μαινόμενον, καὶ ἄλλον διαπεπαμένον, καὶ ἄψαυστα ταῦτα μεμιμημένως. τὸ γὰρ παραδοξότατον τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ἄρτι μὲν Αθάμαντα μαινόμενον, ἄρτι δὲ Ἰνὼ φοβουμένην δείκνυσι. καὶ ἄλλοτε Ἀτρέως ὁ αὐτὸς, καὶ μετὰ μικρὸν Θυέστης, ἔπειτα Αἴγισθος ἢ Ἀερόπη, καὶ πάντα ταῦτα ἑνὸς ἀνθρώπου δεῖ· τὰ μὲν οὖν ἄλλα θεάματα, καὶ ἀκούσματα, ἑνὸς ἑκάστου ἔργου τινὸς ἐπίδειξιν ἔχει. ἢ γὰρ αὐλός ἐστιν ἢ κιθάρα, ἢ δι' ᾠδῆς μελῳδία, ἢ τραγικὴ θεατρική, ἢ κωμικὴ γελωτοποιία· ὁ δὲ ὀρχηστὴς, τὰ πάντα ἔχει συναβών. καὶ ἔνεστι ποικίλου καὶ παμμιγοῦς τινος παρασκευὴ αὐτῇ ἰδεῖν, αὐλὸν, σύριγγα, ποδῶν κτύπον, κυμβάλου, ψόφου

re. Y Præcipuè verò mores & affectus ſe demonſtraturam & ſimulaturam pollicetur ſaltatio, nunc quidem amantem, deinde iraſcentem introducens, mox alium inſanientem, alium animo perturbatũ, ac omnia talia valdè concinnè & modeſtè. Et quod omnium maximè mirandum eſt, vna eademq; die nunc quidem Athamanta furentem, nunc Ino metuentem exprimit. Et aliàs ipſe ille Atreus eſt, aliàs Thyeſtes, poſt puſillũ Aegiſthus, deinde Aerope. Et omnia hæc vnius hominis artificio è refert induſtria. Alia quidem ſpectacula & diſciplinæ vnam quampiam rem oſtendunt: aut enim tibia eſt, aut cithara, aut vocis modulatio, aut fabula tragica, aut plauſibilis aliqua comœdia. cæterùm ſaltator hæc omnia ſimul comprehenſa in ſe complectitur, & eſt varium quendam & mixtum ex omnibus illius videre apparatum, tibiam, fiſtulam, pedum ſtrepitum, clangorem cymbali, re-

φόφον, ὑποκριτοῦ ἀφωνίαν, ᾀδόντων ὁμοφωνίαν· ἔτι δὲ τὰ μὲν ἄλλα, θατέρου τῶν ἐν ᾧ ἀνθρώπῳ ἔργα ἐσὶ, τὰ μὲν ψυχῆς, τὰ δὲ σώματος, ἐν δὲ τῇ ὀρχήσει ἀμφότερα συμμέμικται. καὶ γὰρ διανοίας ἐπίδειξιν τὰ γιγνόμενα ἔχει, καὶ σωματικῆς ἀσκήσεως ἐνέργειαν. τὸ δὲ μέγιστον, ἡ σοφία τῶν πραττομένων, καὶ μηδὲν ἔξω λόγου. Λεσβώναξ γοιῶν ὁ Μιτυληναῖος, ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, χειροσόφους τοὺς ὀρχηστὰς ἀπεκάλει, καὶ ἥδετο ἐπὶ τῇ θέᾳ αὐτῶν, ὡς βελτίων ἀναστρέψων ἀπὸ τοῦ θεάτρου. Τιμοκράτης δὲ, ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, ἰδών ποτε ἅπαξ, ὃν ἐξεπίτηδες ἐπισὰς, ὀρχησομένῳ τὰ αὐτοῦ ποιοῦντα· οἷον μοι, ἔφη, θεάματος ἡ πρὸς φιλοσοφίαν αἰδὼς ἀπεῖρηκεν; ἃ δ' ἐστὶν ἀληθῆ, ἃ περὶ ψυχῆς ὁ Πλάτων λέγει, τὰ τεῖα μέρη αὐτῆς καλῶς ὁ ὀρχηστὴς δεί-

li, repræsentatoris vocẽ concinnam, canentium concentum consonum & vnanimem. Præterea alia quidem alterutrius in homine partis sunt opera: alia enim sunt mentis, alia corporis: cæterùm in saltatione ista mixta sunt. Etenim mentis demonstrationem, corporei exercitij actione, ipsis rebus quæ fiunt inesse videmus. Maximi verò omnium ducẽda est rerum quæ geruntur sapientia, & quòd nihil citra rationem cõmittitur. Quocirca Z Lesbonax Mitylenæus, planè vir honestus ac bonus, saltatores Chirisophos, id est, manu sapientes nominare solitus est: ibatq; frequenter ad illorũ spectacula, qua si melior à theatro subinde esset reuersurus. Timocrates autem eius præceptor, viso quondam semel, non de industria assistens, saltatore suis rebus indulgente: Quasi me, inquit, spectaculo priuauit verecundia, quam è philosophia hauseram? Quod si vera sunt quæ de anima Platonem disseruisse constat, tres

δείκνυσι, τὸ θυμικὸν, ὅταν ὀργιζόμενον ἐπιδείκνυται· τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὅταν ἐρῶντας ὑποκρίνηται· τὸ λογιστικὸν, ὅταν ἕκαστα τῶν παθῶν χαλιναγωγῇ. τοῦτο μὲν γὰρ ἐν ἅπαντι μέρει τῆς ὀρχήσεως, καθάπερ ἀφὴ ἐν τοῖς αἰσθήσεσι, παρίσταται· μάλιστα δὲ πάντων, καὶ τῆς ἐν τοῖς ὀρχήμασιν εὐμορφίας, τί ἄλλο, ἢ τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους ἐπαληθεύει, τὸ πάλαι ἐπαινούμενον τἀγαθοῦ καὶ τοῦτο εἶναι; ἤκουσα δέ τινος καὶ περιττότερόν τι νεανιευομένου ὑπὲρ τῆς τῶν ὀρχηστικῶν προσωπείων σιωπῆς, ὅτι καὶ αὐτὴ πυθαγορικόν τι δόγμα ἀνέπλασται. ἔτι δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, τῶν μὲν τὸ τερπνὸν, τῶν δὲ τὸ χρήσιμον ὑπισχνουμένων, μόνη ἡ ὄρχησις ἄμφω ἔχει, καὶ πολύ γε τὸ χρήσιμον ὠφελιμώτερον, ὅσα μὲν τὰ

eius partes pulcherrimè ostendit saltator: vim irascendi, quoties iratum exprimit: desiderandi, quoties amantem repræsentat: ratiocinandi, quando singulos affectus quasi frenis quibusdam coërcitos explicat. Et hoc in omnes saltationis partes, quemadmodum tactus inter sensus corporeos, disseminatum est. Porrò autem cùm pulchritudinis tantam rationem habere soleat, atque inter saltandum decentis & concinnæ formositatis, quid aliud quàm Aristotelis pulchritudinem cõfirmare videtur, eandem collaudantis, atque inter bona tertio loco constituentis? Audiui verò alium super saltantium personarum silentio longè iuueniliùs disserẽtem, quòd eo Pythagoricæ disciplinæ dogma subobscurè significari videatur.

a Præterea cùm aliæ vitæ actiones, illæ quidem oblectationem, aliæ verò vtilitatem exercentibus suppeditent, soli saltationi vtraque hæc iuxtà adesse videmus, ac vtilitatem longè præstantiorem, quatenus

τὰ τοῦ τερπνοῦ γίγνεται. πόσῳ γὰρ τοῦτο ὁρᾶν ἥδιον, ἢ πυκτεύοντας νεανίσκους, καὶ αἵματι ῥεομένους, καὶ παλαίοντας ἄκονις ἐν κόνει, οὓς ἡ βρᾳχυσις πολλάκις ἀσφαλίστερον ἅμα καὶ εὐμορφότερον, καὶ τερπνότερον ἐπιδείκνυται; πλὴ μὴν οὕτω γε σωτήριον κίνησιν τῆς ὀρχηστικῆς, καὶ στροφὰς αὐτῆς, καὶ περιαγωγὰς, καὶ πηδήματα, καὶ ἅλσεις ἄκονις, τοῖς μὲν ἄκοις τερπνὰ ἔναι συμβέβηκεν ὁρῶσι, τοῖς δὲ ἐνεργοῦσιν αὐτοῖς ὑγιεινότατα. γυμνασίων γὰρ τὸ κάλλιστόν τι ἅμα καὶ εὐρυθμότατον τοῦτο φαίην ἂν ἔγωγε ἔναι, μαλάττον μὲν τὸ σῶμα, καὶ κάμπτον καὶ εὐφυέστερον, καὶ εὐχερὲς ἔναι πρὸς μεταβολὴν διάθεσιν, ἰσχνόν τε οὐ μικρὰν περιποιοῦν τοῖς σώμασι. πῶς οὖν οὐ παναρμόνιόν τι χρῆμα ἡ ὄρχησις; βάλουσα μὲν πλὴ ψυχὴν, ἀσκοῦσα δὲ καὶ τὸ σῶμα, τέρπουσα δὲ τοὺς ὁρῶντας, διὰ-

tenus cum voluptate illa exhibetur. Quantò enim hoc spectatu iucũdius, quàm videre pugnis decertantes iuuenes, ac sanguine diffluentes, aliosq; luctantes in puluere, quos non rarò saltatio & longè tutiùs simul atque decentiùs, & maiori cũ voluptate demõstrat? Quocirca apti decentesq; in saltando motus, ac corporis inuersiones & circunductiones, insuper saltus & resupinationes quibus vtitur, alijs equidem sæpenumerò fuêre oblectamento spectantibus: ipsis autem hæc eadem exercentib. saluberrima. β Etenim illud ego gymnasijs pulcherrimum, & maximè omnium conducibile haud dubiè dixero, quòd corpus emolliant, & membra flexibiliora iuxtà ac leuiora efficiant, & ad omnem mutationẽ promptiora instituant, neq; mediocri robore corpora solidiùs confirment. Quî ergo saltatio res erit non omnium elegantissima, & quæ & mentem aclat, & corpus exerceat, & spectantes oblectet, & multas

διδάσκουσα δὲ πολλὰ τῶν παλαιῶν ὑπ' αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις, καὶ μιλτῶν ῥυθμίᾳ, καὶ πλήσει, διά τι ὀφθαλμῶν καὶ ἀκοῆς· ἃ γοιῶ φωνῆς ἐμοιείαν ζητοῖς, ποῦ ἂν ἀλλαχόθι εὕροις, ἢ ποῖον πολυφωνότερον ἄκουσμα, ἢ ἁρμιμελέστερον; ἔστι αὐλοῦ καὶ σύριγγος τὸ λιγυρώτερον, ἄλλις καὶ τούτων ἐν ὀρχήσει ἀπολαῦσαί σοι πάρεστιν. ἰῶ λέγε, ὡς ἀμείνων τὸ ἦθος, ὁμιλῶν τῇ τοιαύτῃ θέᾳ, γνώσῃ, ὅταν ὁρᾷς τὸ θέατρον. μισοιῶ μὲν τὰ κακῶς γιγνόμενα, ἐπιδακρύων δὲ τοῖς ἀδικουμένοις· καὶ ὅλως, τὰ ἤθη τῶν ὁρώντων παιδαγωγοιῶ. ὃ δ' ἔστι μάλιστα ἐπὶ τῶν ὀρχησῶν ἐπαινέσαι, τοῦτο ἤδη ἐρῶ, τὸ καὶ ἰσχνῶ ἅμα καὶ ὑγρότητα τ' μιλτῶν ἐπιτηδεύειν, ὅσπερ ὁμοίως παράδοξον ἔναί μοι δοκεῖ, ὡς εἴ τις ἐν ᾧ αὐτῷ καὶ Ἡρακλέους τὸ καρτερὸν, καὶ Ἀφροδίτης τὸ ἁβρὸν δείκνυοι. ἐθέλω

multas res priſcas homines doceat, tibijs, cymbalis, numeroſo carminum concentu animum, quantum ad oculos & aures attinet, ex æquo demulcens? Itaque ſi perfectam vocum modulationem requiris, vbi alibi inuenies aut chorum pleniorem, aut concinniorem? Quòd ſi tibiæ aut fiſtulæ ſono dulciſſimo caperis, ſufficiens in ſaltatione quoque fruendi tibi parata eſt copia. Mitto dicere, quòd morib. quoque emendatis multò euades melior, crebrò hiſce vtens ſpectaculis, quoties videris theatrum abominari & odio proſequi malefacta, contrà lachrymis deflere innocenter affectos iniuria: in ſumma, totam ſpectantium vitam emendari. Quod autem præcipua in ſaltatoribus laude extollendum eſt, illud iam dicturus ſum: membrorum robur atque mollitiem rectè exercere, vtrunque iuxtà mihi admirandum videtur: vt ſi quis in eodem argumento iam robur Herculeum, mox Veneris teneram & delicatam oſtentaret mollitiem.

γ Iam

θέλω δ' ἤδη καὶ ἐπιδεῖξαί σοι
τῷ λόγῳ, ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν
ἄριστον ὀρχηστήν, ἤν τι ψυχῇ
καὶ σώματι· καί τοι τῆς μὲν
ψυχῆς πρᾶτον τὰ πλεῖστα.
μνημονικόν τι γὰρ, καὶ εὐ-
φυᾶ καὶ ξυνετὸν, καὶ ὀξεῶς ἐ-
πινοῆσαι, καὶ καιροῦ μάλιστα
στοχάσθαι φημὶ δεῖν αὐτὸν,
εἰ δὲ κριτικόν τι ποιημά-
των καὶ σωμάτων, καὶ μιμη-
τὸν ἀρίστων διαγνωστικὸν, καὶ
τῶν κακῶς πεποιημένων ἐ-
λεγκτικόν. τὸ δὲ σῶμα, κα-
τὰ τὸν Πολυκλείτου κανόνα,
ἤδη ἐπιδείξειν μοι δοκῶ· μέ-
τρι γὰρ ὑψηλὸς ἄγαν ἔσω, καὶ
πάρα τοῦ μετρίου ἐπιμήκης,
μήτε ταπεινὸς, καὶ νανώδης
τὴν φύσιν, ἀλλ' ἐμμελῆ καὶ
ἀναριθμήτως· οὔτε πολύσαρ-
κον, ἀπίθανον γάρ· οὔτε λι-
πὴς ἂς ὑπερβολὴν, σκιαγρα-
φίαν τοῦτο, καὶ νεκρικόν. ἐθέ-
λω γοῦν σοι καὶ δήμου τινὸς, ὃ
φασὶ τὰ ζωγραφούμενα ἐπισημαί-
νεσθαι,

I Iam verò oratione tibi o-
stensurus sum, qualē & cor-
pore & animo optimum sal-
tatorem esse oporteat. Et
sanè mentis dotes iam ma-
gna ex parte executus sum.
Quippe memoria præcelle-
re, ac præcipua ingenij indo-
le clarum, ad hæc solerti &
acuta intelligentia præditū
esse illum oportere aio, &
qui potissimùm tēporis ra-
tionem habere poterit: præ-
tereà autem, vt poëmatū in-
genioſus censor sit, tum cā-
tuum atq; carminū præstan-
tissimorum peritus expēsor,
vitioſè verò factorū repre-
hensor argutus. Cæterùm
corporis modū iuxta Po-
lycleti canonem adumbra-
bo, vt neq; impensè altus sit,
neque præter modum cras-
sus, neque breuis nimiùm aut
humilis neq; natura depres-
sus, nanus aut pumilio, sed
moderatæ staturæ p omnia:
neque carnosus admodum, & obesus (absurdum enim est)
neque rursus corpore impensè tenui: hoc enim aridi cada-
ueris præ se fert imaginem. Memorabo verò tibi populi
cuiusdam ad huiusmodi notanda non inertis exclamatio-

nes.

νιωθα, βοὰς ἀπᾶν. οἱ γὰρ Ἀντιοχᾶς, ἀφυεστάτη πόλις, καὶ ὄρχησιν μάλιστα προσφέρουσα, οὕτως ἐπιτηρεῖ τῶν λεγομένων καὶ τῶν γιγνομένων ἕκαστα, ὡς μηδένα μηδὲν αὐτῶν διαλαυθάνειν. μικροῦ μὲν γὰρ ὀρχηστοῦ ἀσιλβόντος, καὶ τὸν Ἕκτορα ὀρχουμένου, μιᾷ φωνῇ πάντες ἀνεβόησαν, ὡς Ἀστυάναξ, Ἕκτωρ δὲ ποῦ; ἄλλοτε δέ ποτε μηκίστου τινὸς ὑπὲρ τὸ μίτριον, ὀρχεῖσθαι τὸν Καπανέα ἐπιχειροῦντος, καὶ προσβάσειν τοῖς Θηβαίων τείχεσιν, ὑπερβηθι, ἔφασαν, τὸ τεῖχος, οὐδέν σοι δεῖ κλίμακος. καὶ ἐπὶ τοῦ παχέος δὲ, καὶ σιμιλοῦς ὀρχηστοῦ, πηδᾶν μεγάλα προμένου, δέον μικρὰ, ἔφασαν, φεῖσαι τῆς θυμέλης. τὸ δὲ ἐναντίον ὡς πάνυ λιπῷ ἐπιβόησαν, λιαλῶς ἴσχει, ὡς νοσοῦντι. τούτων δὲ ἕνεκα ἐπεμνήσθην, ἀπ'

nes. Antiochia ciues habet ingenioſiſsimos, quibus ſtudiq eſt ſaltationem omnibus aliis anteponere exercitijs: adeoque dictorum & factorum obſeruantes ſunt, vt nihil omnino earum rerum, illorum ſubterfugere poſsit iudicium. Ergo cùm corpuſculo admodum modiculo ſaltator in ſcenam ingreſſus ſaltaret Hectorem, vno ore omnes exclamauerunt, Aſtyanactem videmus: vbi autem Hectorem manſiſſe dicemus? Rurſus alio tempore quopiam præter modum longo Capanea ſaltare conante, idemque Thebanorum muros adiecturus eſſet: Tranſcende, inquiunt, muros, nihil tibi ſcalis opus eſt. Quinetiam impendiò corpulentum & obeſum ſaltatorem falsè ſubſanârunt, qui cùm ingentem ſaltum facere adniteretur, Theatrum nobis, inquiunt, ſuffulciendum fuerat. Contrà, nimiùm arido & tenui, tanquam malè habenti, bene valere certatim precati ſunt. Horũ profectò non concitandi riſus gratia mentionem adduxi:

ἐπ' ὠφελείᾳ, ὅτι καὶ δῆμοι ὅλοι μεγάλῃ σπουδῇ ἐποιήσαντο ἐπὶ τῇ ὀρχηστικῇ, ὡς καὶ ῥυθμίσαι τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρὰ αὐτῆς διώσασθαι. ὑπείνητο δὲ τὸ μετὰ τοῦτο πάντως ἴσως, καὶ τὸ σῶμα πεπυκνῶσθαι, καὶ συμπεπηγέναι, ὡς πυγίζεσθαί τι, ὅπῃ καιρὸς, καὶ σωτηρίαν σώζεσθαι μαρτυρῶν, ἃ τότε δῆλοι. ὅτι δὲ οὐκ ἀπείληπται ὄρχησις καὶ τῆς ἐναγωνίου χαρουμίας, ἀλλὰ μετέχει καὶ Ἑρμοῦ καὶ Πολυδεύκους καὶ Ἡρακλέους ἐν αὐλήσει καλῶν, ἴδοις ἄν, ἑκάστῃ τῶν μιμήσεων ἐπισχών. Ἡροδότῳ μὲν οὖν τὰ δι' ὀμμάτων φανέντα, πιστότερα εἶναι τῶν ὠτων δοκεῖ. ὀρχήσεα δὲ καὶ τὰ ὤτων καὶ ὀφθαλμῶν πρόσεισον· ἔστω δὴ θεληθὲν ὄρχησις, ὥστε ἄν τις ἐς τὸ θέατρον παρέλθοι, ἰσωφρονίσθη ἰδὼν ὅσα ἔρωτος κακὰ ἕλκη, καὶ λύπης ἐχόμενος, ἐξέρχεσθαι τὸ θέατρον φασθρό-

duxi: sed vt cognosceres multas quoque gentes magno studio saltandi coluisse artificium, adeò vt & vitia & virtutes in illo potuerint sagaciter deprehendere. Sit ergo saltator corpore per omnia mobili, & soluto simul atque firmo, vt flecti postulante tempore, & firmiter consistere, si opus sit, possit. Quòd autem saltatio à manuum gesticulatione in certaminibus proponi solita aliena non sit, sed particeps sit & Mercurij & Pollucis & Herculis editarum in certamine virtutum, deprehendere posteris haud obscurè, singularum imitationum periculum faciendo. Herodoto authori grauissimo, ea quæ oculis apparent, certiora videntur, quàm quæ percipiũtur auribus. Saltationi & oculorum & aurium iudicium præstò est. Vsque adeò verò mouet saltatio, vt quidam miserè & perditè puellam quandam deperiens, in theatrum ingressus, conspectis quorum causa amor esset, malis, mentis sanitatem receperit, ac nuncupatis vocis theatro egre-

φαιδρότερος, ὥσπερ τι φάρμακον ληθιδανὸν, καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν, νηπενθές τε καὶ ἄχολον πιών. σημεῖον δὲ τῆς πρὸς τὰ γιγνόμενα οἰκειότητος, καὶ τῷ γνωρίζειν ἕκαστον τῶν ὀρχουμένων τὰ διηνύσματα, τὸ δακρύων πομπάκις τὰς θυρατὰς, ὁπόταν τι οἰκτρὸν καὶ ἐλεεινὸν φαίνηται, ἢ μὲν γε Βακχικὴ ὄρχησις, ἐν Ἰωνίᾳ μάλιστα, καὶ ἐν Πόντῳ σπουδαζομένη, καίτοι Σατυρικὴ οὖσα, οὕτω κεχαίρωται τοὺς ἀνθρώπους ἐκεῖ, ὥστε καὶ τὸν τελαγμένον ἅπασι καιρὸν, ἅπάντων ἐπιλαθόμενοι ἅπαν, διάθηνται δι' ἡμέρας, Τιτᾶνας καὶ Κορύβαντας, καὶ Σατύρους καὶ βουκόλους ὁρῶντες. καὶ ὀρχοῦνταί γε ταῦτα οἱ ἀγχίστιοι, καὶ πρωτεύοντες ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων, οὐχ ὅπως ἀπλῶς, ἀπὸ καὶ μεγάλα φρονοῦντες ἐπὶ τῷ πράγματι μᾶλλον ἤ ἐπ' ἀγχιστείαις καὶ λειτουργίαις, καὶ ἀξιώμασι πρέπουσι

egreditur fronte iam serenata hilarior, quasi pharmacum quoddam priorum malorum obliuionem inducens, & iuxta poëtam dolorem & acerbitatem omnem abstergens, hausisset. Quòd autē ista populo fuerint familiaria, ac quisq; spectantium ea quæ inter saltādum demonstrantur callidè, cognoscat, argumento sunt spectatorum profusæ nō rarò lachrymæ, quoties casus aliquis acerbus & miserabilis productus fuerit. Bacchica saltatio in Ionia præcipuè & Ponto tāto certè studio celebris, quam & satyrā vocant, vsq; adeò hominibus ea detentis voluptati esse cōsueuit, vt statutis temporib. cæterarū rerū obliti omniū, perpetuos dies desideāt spectantes Titanas & Corybātas, & Satyros & bubulcos. Saltabātq; id genus saltationes nobilissimi quiq;, ex singulis ciuitatib. primores atq; principes, nō reuerentiæ gratia, sed potiùs ob hoc ipsum magnos sese ferebāt, magis quā ob generis claritudinē, & obsequia, & dignitates q̄ debebantur

nobili-

γενικοῖς. ἐπὶ δὲ τὰς ἀρ- nobilibus. Posteà verò quàm
ὰς ἤδη τὰς ὀρχηστικὰς, ἄ- virtutes saltatorias percur-
ουε καὶ τὰς κακίας αὐτῶν. ri, audi iam nũc deinceps &
ὰς μὲν οὖν ἐν σώματι κεῖ- saltatorum vitia. Sedenim
δεξα· τὰς δὲ τῆς διανοίας quæ corpus plerunq; comi-
ὄντως ἐπιτηρᾶν, οἶμαι, δύ- tantur, iam ostendi: mentis
κιο ἄν. ποικοὶ γὰρ αὐτῶν, autem vitia ad hũc ferè mo-
ν ἀμαθίας (ἀμήχανον γὰρ dum, vt opinor, obseruabis.
ἅπαντας εἶναι σοφοὺς) καὶ Permulti enim illorum pro-
τολοικίας δεινὰς ἐν τῇ ὀρχή- pter insciti am (fieri enim
σ ἐπιδείκνυνται· οἱ μὲν ἄ- non potest vt omnes sapien-
ογα κινούμενοι, καὶ μηδὲν, tia exornati sint) turpibus
ὡς φασι, πρὸς τὸν χορδὸν. inter saltandum solœcismis
ἕτερα μὲν γὰρ ὁ ποὺς, ἕτερα delinquunt. Illi quidem dum
ὁ ῥυθμὸς λέγει. οἱ δὲ οὐ- citra rationem mouentur, ac
υθμα μὲν, τὰ πράγματα δὲ nihil, vt aiunt, ad chordam.
υτάχρονα, ἢ πρόχρονα, οἷον Alia quippe pes, alia rhy-
γὼ ποτὲ ἰδὼν μέμνημαι· thmus loquitur. Cæterùm
τὰς γὰρ Διὸς γονὰς ὀρχού- alij quidem saltando à rhy-
μενός τις, καὶ τὸν τοῦ Κρό- thmo non discrepãt; res au-
νου τεκνοφαγίαν, παρορχού- tem parùm aptè & tempe-
το τὰς Θυέστου συμφορὰς, ᾧ stiuè saltationi accommo-
ὁμοίῳ παρεχόμην. καὶ ἄλ- dant: quorum ego permul-
λον καὶ τὸν Σεμέλης ἐκκεκω- ta videns memini. Quidam
μηκὼς, βαπτομένῃ κεραυ- enim Iouis parentes saltans,
νῷ, τὸν Γλαύκην αὐτῇ ἅπα- neque non Saturnum deuo-
σι, μεταγενεστέραν οὖσαν. rantem liberos, Thyestæ ca-
ἔτι οὐ πάνυ γε τῶν τοιού- lamitates adsaltabat. Rur-
τῶν sus alius Semelen percussam
fulmine repræsentaturus, Glaucen illi asimilabat, tempo-
re longè posteriorem. Atqui nequaquam eiusmodi salta-

τῶν ὀρχησῶν, ὀρχήσεως αὐτῆς, οἶμαι, καταγνωστέον, οὐδὲ τὸ ἔργον αὐτὸ μισητέον, ἀλλὰ τοὺς μὴ, ὥσπερ εἰσὶν, ἀμαθοῦς νομιστέον. ἐπαινητέον δὲ τοὺς ἐννόμως, καὶ κατὰ ῥυθμὸν τῆς τέχνης, ἱκανῶς ἅπαντα δρῶντας. ὅλως δὲ, τὸν ὀρχηστὴν δεῖ πανταχόθεν ἀπηκριβῶσθαι, ὡς εἶναι τὸ πᾶν εὔρυθμον, εὔμορφον, σύμμετρον, αὐτὸ ἑαυτῷ ἴσιον, ἀσυκοφάντητον, ἀνεπίληπτον, μηδαμῶς ἐπιπλῆς, ἐκ τῶν ἀείσων κεκραμένον τὰς ἐνθυμήσεις, ἔξω τῆς παιδείας, βαθὺν τὰς ἐννοίας, ἀνθρώπινον μάλιστα. ὁ γοῦν ἔπαινος αὐτῷ τότ' ἂν γίγνοιτο ἐν τέλει παρὰ τῶν θεατῶν, ὅταν ἕκαστος τῶν ὁρώντων γνωρίζῃ τὰ αὑτοῦ. μᾶλλον δὲ ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τῷ ὀρχήσει ἑαυτὸν βλέπῃ, καὶ ἃ πάσχει αὐτὸς ἢ ἃ ποιεῖ ἴσθι. τότε γὰρ δὴ κατέ-

torum gratia, saltationem respuendam esse censeo: neque ipsum odio persequendum exercitium, sed illi potiùs, vt sunt, imperiti habendi sunt. Laudandos autem eos qui legitimè ac iuxta rhythmum satis artificiosè cuncta obeunt. In summa, oportet saltatorem omnibus numeris esse absolutissimũ, vt totum quod agit, sit concinnum, sit aptè accommodatum, ac intra mensuram cohibitum, sibi ipsi non diuersum, à sycophantiæ morsu alienum, reprehensioni minimè obnoxium, & in quo nihil desiderari possit. Est præterea summopere necessarium, vt saltator optimis cogitationibus temperanter instructus sit, acuto ingenij acumine docilis, mẽte ad deliberandum profunda. Summa verò in illo requiritur humanitas. Statim enim solidam à spectatoribus laudem consequitur, quoties quisque videntium sua ipsius acta illo repræsentante cognouerit. Magis verò velut in speculo, in saltatore se ipse conspexerit, tum qualia passus sit, quæque quondam facilitare illi studio fuerit. Neque

ιτίχαρ ἑαυτὸς οἱ ἄνθρωποι
ν' ἡδονῆς ἀπώσανται, ἀλλ' ἀ-
όοι πρὸς ἓ ἔπαινον ἐκκίνου-
ι, τὰς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς εἰ-
ις & εἰκόνας ὁρῶντος, καὶ
ἑαυτοὺς γνωρίζοντος. ἀτυχῶς
γὰρ τὸ Δελφικὸν ἐκεῖνο, τὸ
νῶθι σαυτὸν, ἐκ τῆς θέας εἰ-
κύνης αὐτοῖς περιγίγνεται. καὶ
πέρχονται ἀπὸ τοῦ θεάτρου,
τι χρὴ αἱρεῖσθαι, καὶ ἃ φεύ-
γειν, μεμαθηκότες, καὶ ἃ πρό-
τερον ἠγνόουν διδαχθέντες.
γίγνεται δὲ, ὥσπερ ἐν λόγοις,
ὕτω καὶ ἐν ὀρχήσει, ἃ πρὸς
ῶν πολλῶν λεγομένη κακο-
ηλία, ὑπερβαινόντων τὸν
έτρον τῆς μιμήσεως, καὶ πρὸ-
α τοῦ δέοντος ἐπιτεινόν-
ων· καὶ ἃ μέγα τι δεῖξαι δέ-
ι, ὑπερμέγεθες ἐπιδεικνυμέ-
νων· καὶ ἃ ἁπαλὸν, καθ' ὑπερ-
βολὴν θηλυνομένων, καὶ γὰρ ἀκ
ρῴδη, ἄχρι ἓ ἀγρίου καὶ θηριώ-
δους παραγόντων· οἷον ἐγώ πο-
τε μίμησιν ἰδὼν ποιοῦντα ὀρ-
χηστοῦ,

que enim tunc præ voluptate homines se cohibere queunt, sed certatim ad effundendas laudes prorumpunt, quisque suæ ipsius animæ simulacra conspiciens, ac semetipsum cognoscens. Planè enim Delphicum illud verbū, Nosce te ipsum, ex eiusmodi reportant spectaculo, atque è theatro discedunt, posteaquam quæ expetenda quæque fugienda sint, perdidicerint, & eorum quæ priùs ignorabant, perlti euaserint. Accidit verò quemadmodum in orationibus, sic pari quoque ratione in saltationibus, ea quæ multis vitio datur cacozelia, hoc est, mala affectatio, imitationis modum trāsgredientibus, ac prout quàm par fuerat, actione excedentibus, & si magnum quiddam demonstrandum est, illud præter modum demonstrantibus: rursus si quid molle ac tenerum repræsentandum est, illud plus satis effœminantibus: porrò actiones graues atque viriles ad immanitatem vsque ferinam euehentibus. Quod ego quondam saltatorem facientem videns, memoria tenco, antea quidem

χησλὼ, ἀνδοκιμοωῦτα πρό-
τερον, σωφρονοῦντα μὴ τἆλλα, καὶ
θαυμάζεσθαι ὡς ἀληθῶς ἄ-
ξιον, οὐκ οἶδα εἰ ἢ τινι τύ-
χῃ εἰς ἀσχήμονα ὑπόκεισαι,
εἰ ὑπερβολὴ μιμήσεως ἐξο-
κέλλαντα. ὀρχούμενον γὰρ
τὸν Αἴαντα, μετὰ τὴν ἔκβα-
σιν θύων μαινόμενον, εἰς τοσοῦ-
τον ὑπερέξεπεσεν, ὥστε οὐχ ὑπο-
κρίνεσθαι μανίαν, ἀπὸ
μαίνεσθαι αὐτὸς ἐκότως ἄν
τινι ἔδοξεν. ἑνὸς γὰρ τῶν ἐν
σιδηρῷ ὑποδήματι κτυπούν-
των τὴν ἐσθῆτα κατέῤῥηξεν·
ἑνὸς δὲ τῶν ὑπολοιπῶν τὴν
αὐλὸν ἁρπάσας, τοῦ Ὀδυσ-
σέως πλησίον ἑστῶτα, καὶ ἐ-
πὶ τῇ νίκῃ μέγα φρονοῦντα,
διὰ τῆς κεφαλῆς, καθυπο-
κάρ. καὶ εἰ μὴ ὁ φίλος ἀντέ-
σχε, καὶ τὸ πολὺ τῆς πληγῆς ἀπε-
δέξατο, ἀπολώλει ἂν ὁ κακο-
δαίμων Ὀδυσσεὺς, ὀρχησῇ
παραπαίοντι πειρασόμε-
νος. ἀλ-
λὰ τό γε βέλτιον ἅπαν σωφ-
μιμούμενος τὸν Αἴαντι, καὶ ἐπέ-
δων, καὶ ἐβόων, καὶ τὰς ἐσθῆτας
ἀπερ-

mirum, necnon celebrem saltandi artificem, cætera sanè prudentem, nec hominum opinione indignum. verùm haud scio quo casu tunc in ita deformē repræsentationem immoderata affectatione delapsus sit. Quippe cùm illi Aiax desaltandus esset mox furens post victoriam, tantum à saltationis decoro excidit, vt nullo modo Aiacis furentis insaniam repræsentare, sed ipse omnium iudicio planè furere atque debacchari videretur. Vnius enim ferreis calceamētis instrepentium vestimentū violēter discidit, alterius è Musicorum numero correptam tibiam, Vlyssis iuxtà stantis ob potitam armorum victoriam gestientis capiti illidēs incussit: & nisi tiara obstitisset, & plagæ violentiā excepisset, infelix ille Vlysses perijsset, ad verberantis saltatoris pedes prolapsus. Atqui vniuersa spectātium corona simili morbo vesaniæ correpta, vnà cum Aiace pariter insaniebat, & exilientes vociferabantur, ac vestes à se

ῥίπλουν. οἱ μὲν συρφετῶ-
ες, καὶ αὐτὸ ἰδιῶται, τοῦ μὲν
σχήμονος οὐκ ἰσοχαμίσ-
ι, οὐδὲ τὸ χεῖρον ἢ τὸ κρεῖτ-
ν ὁρῶντες, ἄκραν δὲ μίσ-
ησιν τοῦ πάθους τὰ τοιαῦ-
α οἰόμενοι εἶναι. οἱ ἀστειότε-
οι δὲ, σωιέντες μὲν, καὶ αἰ-
ούμενοι ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις,
κ ἐλέγχοντες δὲ σιωπῇ τὸ
ᾶγμα. Τοῖς δὲ ἰκανοῖς καὶ
τοὶ πλὴν ἄνοιαν τῆς ὀρχέσ-
ως ἐπικαλύπτοντες καὶ ἀσ-
υβῶς ὁρῶντες, ὅτι οὐκ Αἴα-
ντος, ἀλλ' ὀρχησοῦ μανίας
ὰ γιγνόμενα ἦν· οὐ γὰρ ἀρ-
ωθὰς τούτοις ὁ γενναῖος, ἀλλ-
ὰ καὶ μακρῷ τοῦτο γελοιό-
ερον ἔπραξε. καταβὰς γὰρ
ς τὸ μέσον ἐν τῇ βουλῇ, δύο
πατικῶν μέσος ἐκαθίζετο,
άνυ δειλιόντων μὴ τῶν αὐτῶν
ινα, ὥσπερ κριὸν, μαστιγώ-
ς λαβόν. καὶ τὸ πρᾶγμα οἱ
ὲν ἐθαύμαζον, οἱ δὲ ἐγέλων·
ι δὲ ἐκπλαγῆναι, μὴ ἄρα ἐκ
᾽ ἄγαν μιμήσεως ἐς τὸν τῆ
πάθους

à se proïciebant. Itaq; vulgus, neque non idiotæ, decori non admodum obseruantes, neque quòd bene, neque quòd secus fit discernere queuntes, hæc omnia ad summam doloris exprimendi affectationem pertinere arbitrabantur. Ciuiliores verò, tametsi rem probè callebant, ac non parum ob factum pudore suffunderentur, neque tamen illud reprehendebant silentio: ipsa porrò laude saltatoris amentiam honestè contegebant, planè perspicientes hæc non Aiacis, sed saltatoris vesania esse perpetrata. Neque verò generosus ille hisce cõtentus quietem egit, sed aliud quiddam multò magis admisit ridiculum. Progressus enim in medium senatorum, inter duos Consules consedit medius, admodum metuentes ne vnum ex illis correptũ flagellis quemadmodum arietem cæderet. Quã

udaciam partim ex illis admirabantur, partim ridebant: onnulli verò suspicabantur, ne ex immodica insaniæ affe-

πάθους ἀληθῶς ἁλωίχθη. καὶ αὐτὸν μέν τοι φασὶν ἀναπνύψαντα, οὕτω μετανοῆσαι ἐφ' οἷς ἐποίησεν, ὅτι καὶ νοσοῦσα ἔτι λύπης, ὡς ἀληθῶς ἐπὶ μανίᾳ κατεγνωσμένον. καὶ ἐδήλωσέ γε τοῦτο σαφῶς αὐτός. ἀτοπώτερον γὰρ αὖθις τῶν συνασιωτῶν αὐτὸν, τὸν Αἴαντα ὀρχήσασθαι αὐτοῖς, παρασκάμμων τὸν ὑποκριτὴν, ἵνα τὸς τὸ θέατρον. ἱκανόν ἐστιν ἅπαξ μανῆναι· μάλιστα δὲ αὐτὸν ἰδίασεν ὁ ἀνταγωνιστὴς, καὶ ἀντέτεχνᾶτο. τοῦ γὰρ ὁμοίου Αἴαντος αὖθις γραφέντος, οὕτω κοσμίως καὶ σωφρόνως τὴν μανίαν ὑπεκρίνατο, ὡς ἐπαινεθῆναι, μένας ἐντὸς τῶν τοῦ ὀρχήστου ὁρῶν, καὶ μὴ παροινήσας εἰς τὴν ὑπόκρισιν. ταῦτά σοι, ὦ Φιλότης, ὀλίγα ἐκ παμπόλλων παρίδαξα ὀρχήσεως ἔργα καὶ ἐπιτηδεύματα, ὡς μὲν

ctatione vero furoris morbo implicatus esset. Et sanè perhibebant illum, postquà à tanta vesaniæ temulentia sobrius esset factus, in tantum ob hæc quæ turpiter admiserat, affectum esse pœnitentia, vt præ nimia mentis mœstitia ægrotus decumberet, reuera ita propter immodicè affectatam insaniam perturbatus. Atqui ne ipse quidem hoc occultè aut dissimulanter habuit, sed satis manifestè declarauit. Siquidem postulantibus iterum æqualibus, vt Aiacem in illorum gratiam desaltaret, adhibito repræsentatore, inquit ad theatrũ: Satis superque esse semel insaniuisse. Maximè verò omnium eius animum discruciauit æmulus. Cùm enim idem Aiax illi ex composito desaltandus esset, adeò mo-

destè & temperanter eius repræsentauit insaniam, vt magnam inde laudem reportaret, saltationis fines nusquam egressus, neque repræsentando furenter in quenquam debacchatus. ¶ Hæc tibi, ô amice, pauca sanè ex perquàm multis decerpta, ostendi saltationis studia atque exercitia, ne prorsus

ἢ πάνυ ἄχθοιό μοι, ἐρωτιῶς θυμένῳ αὐτά. εἰ δὲ βδελύττῃ κοινωνῆσαί μοι τῆς ἴσης, ἴσθι οἶδα ἐγὼ πάνυ ἀλγοῦμόν σε, καὶ ὀρχησομένου τοῦτό γε πρόσθεν. ὥστε οὐδὲν λύσομαι τὸ τῆς Κίρκης ἐκεῖνο πρὸς σὲ ἀπᾴδον, τὸ θαῦμά μ' ἔχει, ὡς οὔτι πιὼν τάδε φάρμακ' ἐθέλχθης. θελχθήσῃ γὰρ, καὶ μὰ Δί', ὄνου οὐ μᾶλλον, ἢ σὺς καρδίαν ἔξεις, ἀπ' ὀ μὲν νόος σοι ἀμαθέστερος ἔσται. σὺ δὲ, ὑφ' ἡδονῆς, δῆλα ὀλίγου τ' κυκεῶνος ἄπωθεν μεταβάσεις ποιεῖν. ὅσπερ γὰρ ὁ Ὅμηρος περὶ τῆς Ἑρμοῦ ῥάβδου τ χρυσῆς λέγει, ὅτι καὶ ἀνθρώπων ὄμματα θέλγει δὲ αὐτῆς, ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει, τοῦτο ἀτεχνῶς ὄρχησις ποιεῖ, καὶ τὰ ὄμματα θέλγουσα, καὶ ἐγρηγορυῖαν ποιοῦσα, καὶ ἐπεγείρουσα πρὸς διάνοιαν, πρὸς ἅπασι τοῖς θρωμένοις. Κρά. καὶ μὲν ἤδη ἐγὼ, ὦ Λυκῖνε, πάθημά τί σοι, καὶ

prorsus indignè aut dolenter patiaris, si ista libenter & magna cũ voluptate spectare soleam. Cæterùm si animus est te mecũ eiusmodi participem esse spectaculi, sat scio illius illecebris te captum iri, insuper etiam tripudiaturum. Itaq; nihil opus est vt illud Circes dictum tibi occinam:

Obstupui & te nil pharmaca nostra bibentem
Demulsêre.

Hauddubiè enim demulceberis: & per Iouem, neq; asini caput, neq; porci cor habebis, verùm mês tibi firmior erit & cultior. Tu verò præ voluptate quam spectando mirificam capies, non multùm Cyceoni potando tribues. Nam quod Homerus de Mercurij virga aurea affirmat, quòd illius administriculo, quorũ oculos voluerit, in somnum soluat, rursus alios dormientes excitet: hoc

planè efficit saltatio, & oculos demulcẽs, & excubare faciẽs, & mentẽ ad singula humanæ vitæ acta accuratiùs discutienda excitãs. CRA. *Atqui iã tuis me, Luciane, dictis pſuasisti,*

καὶ ἀναπεπλαμένα ἔχω καὶ τὰ ὦτα καὶ τὰ ὄμματα. καὶ μέμνησό γε, ὦ Φιλότης, ἐπειδὰν εἰς τὸ θέατρον ἴῃς, καὶ ἐμοὶ παρὰ σεαυτοῦ θέαν καταλαμβάνειν, ὡς μὴ μόνος ἐκεῖθεν σοφώτερος ἡμῖν ἐπανίοις.

iamq; mihi patent & aures & oculi. Et vide, ô amice, vt memoria teneas, vt si quādo posthac in theatrū ieueris, me tecū vnà pariter spectatū abducas, ne tu solus inde nobis sapientior regrediaris.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.

HAbes, studiose Lector, ex hoc Dialogo priscorum hominum & ingenij, & studij, & eruditionis testimonium præclarum & memorabile, ex quo quantum à priscorum honestate & industria absimus & degenerauerimus, haud difficulter cognosces. Priora enim secula floruerunt saltatoribus & mimis & histrionibus: quorum eruditioni & ingenio pauci nunc etiam eminenter docti respondere possint. Quòd si tales id ætatis fuêre saltatores, cuiusmodi verè eruditos ipsos floruisse ingenijs existimandum est, nempe poëtas Tragicos & Comicos, qui suas fabulas hisce desaltandas obtulerunt? Nostræ autem quid in se habent aut ingenij aut honestatis saltationes, nisi ridiculam quandam chordaca? & verè chordaca, & cōplexus meretricios, quib. animi incendūtur ad libidinē. Imò pueri, puellæ, viriq;, matronæ, plebsq; patresq;, profani & sacri, sæpe ad mediam ipsam noctem: interdum ad alterum solem choreas protrahunt, in quibus videre est, quāta cura obseruent vt rem omniū stultissimā, insaniæque spectaculū, quàm scitissimè moderentur: quā rem nisi tibiarū concentus temperaret, & insania commendaret, nihil absurdius, nihil furēti similius spectari posset. Et ex hac tamē laudata saltatione, castæ matronæ, incorruptæq; virgines, meretrices prodeunt prostitutæ.

a POSTEA-

a POSTEAQVAM tu Craton.] *Saltationis laus & origo Macrobius lib.3.cap.14.Saturnalium, vbi de saltandi & cantandi apud veteres ratione scribit, sic ait: Ecce enim vbi ab illo ordiar tempore, quod fuit optimis moribus. Inter duo Punica bella, ingenui, quid dicam ingenui? filij senatorum in ludum saltatorum commeabant, & illa crotala gestantes saltare discebant: taceo quòd matronæ etiam saltationem non inhonestam putabant, sed inter probas quoque earum erat saltandi cura, dummodò non curiosa, vsque ad artis perfectionem. Hinc Sallustius in Catilinario Semproniam reprehendit, nõ quòd saltaret, sed quòd elegantiùs quàm necesse est probæ. Aemilius Probus in vita Epaminundæ scribit, cantare & saltare in Græcia laude digna fuisse. Cælius Rhodiginus lib.5.Lectionum anquarum de Græco penu desumpsit, Saltationis rationem non fuisse veteribus vulgarem aut contemptibilem.* *b* Iam olim acerba.] *Sumpsit exordiũ ab occasione, cũ docilitate.* *c* Cùm vir sies discipl.] *Reprehensio saltationum, à personæ conditione. Hominem ingenuum minimè decet turpi incumbere spectaculo. Aemilius Probus in vita Epaminundæ scribit, quòd Romæ turpe erat cantare, & saltare. Sallustius in Catilinario dixit, canere, psallere & saltare esse instrumenta luxuriæ, quibus adolescentium animi ad libidinem incitantur. vnde Horatius lib.3.Carm. Od.6:*

Motus docere gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artubus
Iam nunc, & incestos amores
De tenero meditatur vngui, &c.

L.Murenæ Seruius Sulpitius in maledicti loco obiecit, quòd esset saltator. In huius defensione Ciceronis verba sunt hæc: Nemo ferè saltat nisi fortè insanit, neque in solitudine, neque in conuiuio moderato, atque honesto: intempestiui conuiuij, amæni loci, multarum delitiarum comes est extrema saltatio. Idem libro 3.de Oratore, saltationis duo genera esse significat: alteram Scenicam & histrionicam, quæ infamis & viro indigna est: alteram virilem, quæ ab armis aut palæstra sumpta est. Hanc Quintil.lib.1. cap.11. veteribus Romanis dedecori fuisse negat. *d* Cum primis.] *Saltationi opponit tragadiarum &*

comœdiarum certamina, quam collationem Lucianus infrà refutat. e Papæ.] *Confutat hãc collationem.* f Istud de.] *Confutatio reprehẽsionis ab absurdo.* g O amice.] *Propositio, & ὕλη totius orationis.* h Principió.] *Argumentum ab antiquitate.* i Syderũ chorea.] *Exemplo syderum.* k Corybantas.] *Corybantum & Curetum. Hoc idem de Curetibus & Ioue, leges apud Strabonem, & in his quæ annotauimus in Dialogo Veneris & Cupedinis. Sunt autem Corybantes, Cybeles, siue Rheæ sacerdotes, qui in sacrificijs matris deorum armati saltantes, casti & puri sunt assumpti: Corybantes appellati, quòd inter saltandum capita iactent.* l In Creta.] *Insula in medio Ponto, centũ vrbium fama clara, vnde ἑκατόμπολις à Græcis appellatur: In longitudine ducẽta millia et septuaginta passuum: in latitudine quinquaginta millia habet. Hodie Candiam vocant, à montibus eius occiduis, qui λευκοὶ, i. candidi dicuntur: nullum animal noxium in Creta, viniq́ue optimi fertilissima, quod Creticũ siue Maluaticũ vocatur.* m Homerus quoq; Merionem.] *Amplificat testimonio Homeri.*

n Neoptolemo.] *Pyrrhus ex Deidamia Achillis filius. Neoptolemus appellatus est, propterea quòd admodum adolescens ad bellum Troianum fuit perductus. Is Pyrrhicum tripudij genus inuenisse fertur, quod Pollux libro 4. Pyrrhico cuidam tribuit.* o Lacedæmonij.] *Lacedæmoniorum exemplo amplificat.* p Videres itaq;.] *Hypotyposis saltationum Laconum.* q Homerus.] *Alia Homeri exempla.* r Mitto illud.] *Eorum quæ in sacris solennia fuerunt.* s Proteum.] *Protei fabulam notiorem arbitror, quàm vt hìc sit recensenda. Extat apud Homerũ Odyss. 4. & apud Maronem lib. 4. Georgicôn. Illam Herodotus historia prima, & post eum Diodorus aliiq́; plures, ad Aegyptiorum regum morem referunt. Sed præstat vt Diodori ex lib. 2. verba transcribam: Consuetudo, inquit, regibus Aegyptijs causam huiusmodi transmutationes fingendi præbuit. Nam Aegyptijs mos erat regibus, vt leonis aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferrent, insignia principatus: quandoque verò arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia supra caput vnguenta. Hæc tum ad decorem spectant, atq; ornatum: tum stuporem ac superstitionem quandam*

dam aſpicientibus inÿciebant, &c. quæ breuitatis cauſa prætereo. Extat & de eo apud eundem Lucianum nõ illepidus Dialogus, quem videre potes. Illic enim paulò plura annotauimus.

t Protei eſſe æmulos.] *Id eſt, ipſum referre Proteum: hoc eſt, in omnem ſpeciem vertentes ſe, ſurſum ac deorſum ſeipſos diſtorquentes.* *u* Empuſam ſuſpicor.] *Meminit huius etiam Ariſtophanes in Ranis:*

Καὶ μὰ τὸν ἱερὸν νὴ τὸν Δία μίγα.
Ποῖον δὴ, δ' εἰπὲ, πανδαπὸν γῦν γίγνεται.
Τότε μὲν βοῦς, νυνὶ δ' ἱερόδυς, τότε δ' αὖ γυνὴ
Ὡραιοτάτη τις. ποῦ ἐστὶ, φέρ' ἴδω παρ' αὐτὸν ἐγώ.
Ἀλλ' ἐκ τ' αὖ γυνή ἐστιν, ἀλλ' ἤδη κύων.
Ἐμποῦσα τοίνυν γ' ἐστί. *Id eſt,*

At maximam profectò video beluam.
Qualem? Nouam, quæ in cuncta ſubitò vertitur.
Modò bos, modò autem mula, rurſum fœmina
Pulcherrima. Age, vbi eſt? rectà ad illã ĩa iã accero.
At rurſus haud eſt mulier, imò iam canis.
Empuſa proinde eſt.

Interpres aſcribit, Empuſam ſpectrum quoddam eſſe, quod ab Hecate ſoleat emitti videndum miſeris et cãlamitoſis. Id ſubinde conſueuit alÿs atque alÿs formis exhibere ſeſe, maximè meridianis horis, ÿs qui parentant manibus. Sunt qui ipſam hanc Hecaten affirment eſſe. Narrant autem, vno videri pede. Vnde & nomẽ inditum putant ἐμπῦσαν, οἱονεὶ οἰόποδα. In Hebræorum Pſalmis δαιμόνιον dicitur meridianum. *x* Salios.] *Salios duodecim Martis Gradiui, ſacerdotes Numa Pompilius legit, vt ait Liuius lib. 1. ab V. C. quorũ primus præſul vocabatur. Quem numerũ deinde Tullus Hoſtilius duplicaſſe fertur. Quorum ſacra & feſti dies cœnis ſumptuoſis cũ cantu & ſymphonia oppiparè celebrare ſoliti ſunt Romani, in quibus ſubtiles coronas, & alia conuiuÿs oblectamẽta adhibebant. Quod ſacerdotium quanti fuerit, ex eo colligere licet, quòd niſi ex patricÿs ad hunc honorem nemo admiſſus ſit, niſi liber & ciuis patrinus & matrinus foret. Dicti ſunt autem à ſaliendo, quòd facere in comitÿs quotannis & ſolebant & debebant, verſicoloribus tunicis ornati, per vrbem tripudiantes, carmina Salaria appellata*

canentes

canenes pergebant, succincti æneis baltheis, togis nexis fibulis, quas trabeas vocabant. in capite pileos gestabant, dictos apices, accincti gladijs: dextra lanceam aut virgam ferebant, læua peltam Thraciam, quod Ancyle dicebatur: hoc est, circumanciſum. id cœlo lapſum in Numæ regiam exiſtimatum, ad cuius formam duodecim numero ſumma arte confecit Mamurius artifex: nulla alia mercede ex opere contentus, niſi quòd in fine ſacri, Mamurij nomen accineretur. præſul in ſaltando primas tenebat partes, & ducem agens, duos ex alijs Salijs habebat comites, quorum alterum vatem, alterum magiſtrum vocabant. Sanè non Romani ſolùm in ſacris quibuſdam, ſaltationibus & hyporchematibus vtebantur: ſed aliæ omnes fermè nationes. Nam, vt ſcribit Athenæus, deis peculiares ſuæ fuerunt ſaltationes. Quin nulla ſacra in Delo fiebant, quibus non eſſet adhibita ſaltatio. Nec ab Orpheo aut Muſæo vlla inſtituta ſacra fuiſſe conſtat, ſine ſaltatione. Indi manè & veſperi cum ſaltatione Solem ſalutabant. Longus ſim, ſi velim omnes recenſere. y Priapum.] *Sic planiùs: Priapum Iuno Marti dedit, puerum adhuc rudem, ſed multa præditum virilitate, qui non priùs à Marte armorum diſciplina peritus, quàm ſaltator bonus factus eſt. Vnde & illi merces à Iunone conſtituta, vt ab eo decimam ſpoliorum partem in bello reciperet.* z Cùm itaque tria ſint celeberrimarum ſaltationum genera.] *Saltationum non vnum fuit genus prioribus, ſiquidem Iul. Pollux lib. 4. cap. 14. inter varia ſaltationum genera commemorat ἐμμέλειαν Tragicorum, à cantu nuncupatam: κόρδακα Comicorum, σικιννίδα Satyricorum. σιππίχλην καὶ πυρρίχην vocat, quòd armati ſaltarent. Refert illic & alia ſaltationum genera, ſi quis auet ea cognoſcere. Denique Homeri ſcholiaſtes in Iliad. σ. tria ſaltationum genera commemorat. Vide etiam Cælium Rhodiginum Lectionum antiquarum lib. 5. cap. 3. & 4. Eraſmum in adagio, Pyrrichen oculis præ ſe ferens.* A Demiror.] *Argumẽtum à laude, qua à veteribus celebratur ſaltatio.* B Hanc tamen.] *Exempla Homeri.* C Atverò.] *Heſiodi.* D Ipſe.] *Socrates.* E Socratis Aſpaſia.] *De Aſpaſia Mileſia fœmina, formoſiſſima pellice, vide 13. Athenæi, vbi de Phryne & alijs tum temporis famigeratis ſcortis multa dicuntur.*

tris & ocij gratia, quòd cum maiori ignauia ac ſecuritate, libidini atque alijs vitijs inſeruire poſsint, ad hanc profeſsionem prorumpere docet. Fingitur autem Iupiter cũ Mercurio de eo quod nuper in Olympijs circa Proteum acciderit, ſermonem habere (quæ occaſio dialogo eſt) atque ibi inter narrandum Philoſophiam aduenire, multa querentem ac deteſtantem de moribus & vitijs recentiorum ac nuper natorum Philoſophorum, vt qui non ipſi modò nihil dignum hac profeſsione agant aut tractent, verùm etiam iniuriam ac fraudes, quibus alios circumueniant, ſub hoc ſpecioſo titulo tegant: expoſita interim prima origine, qua de cauſa Philoſophia primùm in terras à Ioue demiſſa fuerit, qui homines philoſophari primùm cœperint, & quale poſtremũ hoc hominum genus ſub hac profeſsione ſeſe venditare ſoleat. Qua querela Iupiter, pro eo ac par erat, commotus, Mercurium & Herculem vnà cũ Philoſophia ad puniendos huiuſmodi impoſtores demittit, qui, ducẽte Philoſophia, in Thraciam deueniunt, atq; ibi fugitiuos quoſdam ſeruos, philoſophorum nomine ſeſe tuentes, & quandam Laconici cuiuſdam vxorem, libidinis cauſa ſecum circumferentes, indicante & adiuuante ad hoc etiam Orpheo poẽta, comprehendunt, & malè multatos dominis ſuis in ſeruitutem reſtituunt. Vtrum autem ex vero aliquo facto occaſionem argumenti huius Lucianus traxerit, incertum eſt: loci certè ac nominis mentio, quam ille ſubobſcurè facit, tale aliquid innuere videntur. Et fuêre illis tum temporibus præter Epictetum & Menippum, de quibus notum eſt, & Macrobius quoque libro Saturnalium primo meminit, etiam alij quidam, qui à ſeruis ad philoſophiam progreſsi ſunt, quorum hauddubiè nonnulli non tam virtutis ſtudio, quàm ignauiæ & ſecuritatis gratia, quemadmodum & noſtra ætate non paucos vidimus, ad hoc vitæ genus excitati fuêre.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ, ΖΗνὸς, Φιλοσοφίας, Ἡρακλέους, Ἑρμοῦ, Ἀνδρῶν, Δεσπότου, Ὀρφέως, Δραπέτου καὶ Γυναικός.

APOLLO, IVPIter, Philosophia, Hercules, Mercurius, Viri, Dominus, Orpheus, Fugitivus, Maritus.

ΑΛηθῆ ταῦτά φασι, πάτερ ὡς ἐμβάλοι ἑαυτὸν φέρων ἐς τὸ πῦρ, κατέναντι Ὀλυμπίων, ἤδη πρεσβύτης ἄνθρωπος, οὐκ ἀγχίνους θαυμαστοὺς τοὺς τοιαῦτα; ἡ σελήνη γὰρ ἡμῖν διηγεῖτο, αὐτὴ ἑωρακυῖα καὶ ὁμόφρον λέγουσα. Ζεύς. καὶ πάνυ ἀληθῆ, ὦ Ἄπολλον, ὡς μή ποτε γένοιτο ἄφρονα. Απ. οὕτω χρηστὸς ὁ γέρων ἦν, καὶ ἀνάξιος ἐν πυρὶ ἀπολωλέναι; Ζεύς. καὶ τοῦτο μὲν ἴσως, ἀλλ' ἐγὼ πολλὴν μὲν τὴν ἀκρίδα μέμνημαι ἀσχόμην δὲ τότε ὑπὸ κνίσσης πονηρᾶς, οἵαν ἀνὴρ ἀποφέρεσθαι ὀπτώμενον ἀνθρωπίνων σωμάτων, ἃ γοῦν μὴ ἐς τὴν Ἀραβίαν, ὡς ἔχον, αὖθις ἐπιὼν ᾠχόμην, ἀπολέσθαι ἄν, εἰ ἴσθι, ἀτοπίᾳ τῆς καπνοῦ. καὶ ὅμως ἐν τοσαύτῃ ἀνοσίᾳ, καὶ

VEráne quæ dicunt, Pater quòd in ignem quidã se ipsum coram Olympijs iniecerit, homo iam senex, nec ingeneroſus ad talia præstigiator? Siquidem ita nobis Luna retulit, se illum ardentem vidisse dicens. IVP. Et admodum vera, ô Apollo, atque vtinam nunquam fácta fuissent. APOL. Num adeò bonus senex erat, & indignus qui in igne periret? IVP. Et illud forsitan. Cæterùm multam me tum memini insuauitatem, ob nidoris, qualem ab toſtis humanis corporibus exhalare par est, fœtorem pertulisse. etenim ni confestim in Arabiam, vt habebam, discedens abijssem, ob fumi, certè scias, fœditatem perijssem: & tamen in fragrantia tanta, aroma-

φὴ ἀφθονίαν τῶν ἀρωμάτων, φὴ ἐν λιβανωτῷ παμπόλῳ, ὀλίγου ἀπ' ἐμοῦ ἐπιλαθέσθαι μοι, φὴ ἀρμαθὲν ἤθελον τὴν κυῖδα ἐκείνην τῆς ὀσμῆς, ἀπὰ φὴ νῦν ὀλίγου δέω ναυτιᾶν, ἀναμνησθεὶς αὐτῆς. Απ. τί δ' ἐβούλου, ὦ Ζεῦ, τοιαῦτα ἐργάσασθαι ἑαυτόν; ἢ τί τὸ ἀγαθὸν, ἀπανθρακωθῆναι ἐμπεσὸν εἰς τὴν πυράν; Ζεύς. τοῦτο μὲν δὴ ἄν, ὦ παῖ, φθάνοις, φὴ Ἐμπεδοκλέα πρὸ αὐτοῦ ἐγκαλῶν, ὃς ἐς τὸς κρατῆρας ἅλατο, φὴ αὐτὸς ἐν Σικελίᾳ. Απ. μελαγχολίαν τινὰ λαβὼν λέγεις. αὐτὰρ οὗτός γε τίνα ποτὲ ἔρα τὴν αἰτίαν ἔσχε τῆς ἐπιθυμίας; Ζεύς. αὐτοῦ σοι λόγον ἐρῶ, ὃν ἔλεξε πρὸς τὴν πανήγυριν, ἀπολογούμενος πρὸς αὐτοὺς ὑπὲρ τῆς τελευτῆς. ἔφη γὰρ, εἴ γε μέμνημαι. ἀλλά τις αὕτη σπουδῇ πρόσεισι τεταραγμένη φὴ δακρύουσα, πάνυ ἀδικεῖσθαί γε δοκοῦσα· ἀτὰρ φιλοσοφία ἐστὶ, φὴ τοὔνομά γε τοὐμὸν ἐπιβοᾶται σχιζούσης. τί, ὦ θύγατερ δακρύεις, *aromatumq; copia, nec non thuris abundantia, vix mihi nares odoris obliuiſci, & graueolentiam illam dediſcere volebant: ſed & nunc cùm tantum recordor, quaſi nauſeo.* APOL. *Quidnam, ô Iupiter, volebat cùm ita ſe ipſo abuteretur? aut quòdnā inde bonum, ſi in rogum incideret, ac carbonatim deflagraret?* IVP. *Atqui, fili, nónne in hoc Empedoclem ante ipſum criminari videris, qui in Sicilia & ipſe in cratêras inſiluit?* APOL. *Melancholiam quandā moleſtam dicis. Cæterùm iſte quámnam tandem deſiderij cauſam habebat?* IVPIT. *Ipſius tibi ſermonem referam, quem coram Panegyri, cùm mortis genus defenderet, habuit. dicebat enim, ſi memini. Sed quænam eſt iſta quæ accelerans aduētat, perturbata, lachrymās? magna videtur iniuria affecta. Atqui Philoſophia eſt, ac nomen meum, ſe ipſam deplorans ærumnis plena, inuocat. Cur filia lachrymaris?*

τί ἀπολιπὼν τὸν βίον ἀπῆλθες; ἆρα μὴ οἱ ἰδιῶται αὖθις ἐπιβεβουλεύκασί σοι, ὡς τὸ πρόσθεν, ὅτε τὸν Σωκράτη ἀπέκτειναν, ὑπὸ Ἀνύτου κατηγορηθέντα, ἔπειτα φεύγεις διὰ τοῦτο αὐτούς; ΦΙ. οὐδὲν τοιοῦτον, ὦ πάτερ, ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὁ πολὺς λεώς, ἐπαινοῦσι, καὶ διὰ τιμῆς ἔχουσιν ἀνδρὶ μοι, καὶ θαυμάζοντές με, καὶ μονονουχὶ προσκυνοῦσιν, εἰ καὶ μὴ σφόδρα ξυνίασιν ἃ λέγομαι. οἱ δέ, οὓς ἂν ἔφην, οἰκεῖοι, καὶ φίλοι φάσκοντες εἶναι, καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο προσποιούμενοι, ἐκεῖνοί μοι τὰ δεινότατα εἰργάσαντο. ΖΕΥΣ. οἱ φιλόσοφοι ἐπιβουλεύουσί τινα ἐπιβεβουλεύκασί σοι; ΦΙ. οὐδαμῶς, ὦ πάτερ, οἵ γε ξυνιέντες μοι καὶ αὐτοί. ΖΕΥΣ. πῶς τίνων δὴ ἀδίκησαι, εἰ μήτε τοὺς ἰδιώτας, μήτε τοὺς φιλοσόφους αἰτιᾷ; ΦΙ. εἰσί τινες, ὦ Ζεῦ, ἐν μεταιχμίῳ τῶν τε πολλῶν καὶ τῶν φιλοσοφούντων, τὸ μὲν σχῆμα καὶ βλέμμα καὶ βάδισμα ἡμῖν ὁμοιοι. καὶ κατὰ ταυτὰ ἐσταλμένοι, ἀξιοῦσι γὰρ ἐμοὶ τάττεσθαι, καὶ τοὔνομα τὸ ἡμέτερον ἐπιγράφοντες, μαθηταὶ

aut cur uitã relinquẽs aduenisti? num tibi rursus Idiotæ, vt olim, struxêre insidias, cùm a Socratẽ ab Anyto accusatum interfecêre? ideóne illos fugis? PH. *Nil tale, ô pater, verùm turba illa ingẽs me laudat, honoréq; dignam censens veneratur, & tantũ non adorat, tametsi non admodum quæ dico intelligat. Eli verò, quónã modo dicã familiares, & qui se amicos esse asserunt, ac nomen meũ induêre, illi me grauissimè læserũt.* IVP. *Philosophine tibi insidias quasdã struxêre?* PHI. *Minimè, pater: nam & illi pariter mihi iniuria sunt affecti.* IVP. *A quibus igitur iniuriam perpessa es, si nec Idiotas, neq; Philosophos incusas?* PHI. *Sunt nonnulli, ô Iupiter, inter multitudinem & philosophantes medij, forma, aspectu & incessu nobis similes, hisque ornati, hi mihi subesse gloriantur, ac nomen nostrum præ se ferunt,*

μαθητὰς καὶ ὁμιλητὰς μὴ βιαίως ἡμῶν ἔφασαν λέγεσθαι, ὁ βίος ἦν αὐτῶν πανήμαρτος, ἅμα θείας καὶ θράσους καὶ ἀσελγείας ἀνάπλεως· ὕβρεις τε μικρὰ καθ' ἡμῶν. ἐπὶ τούτων, ὦ πάτερ, καὶ τὴν κηφῆνα πέφευγα. ΖΩΣ. ἀνὰ ταῦτα, ὦ θύγατερ, ἀλλὰ τί μάλιστα ἀδικήκασί σε. ΦΙΛ. σκόπει, ὦ πάτερ, εἰ μικρά· σὺ γὰρ καθορῶν τὸν βίον ἀδικίας καὶ πανουργίας μεστὸν, ὅτι ἀμαθίᾳ καὶ ὕβρει ξυνόντα, μὴ παραπόλεμον αὐτὸν, καταλιπὼν τὸ ἀνθρώπινον ἐπὶ τῇ ἀγνοίᾳ ἐλαττούμενον, ἐμὲ καταπέμψας, ἵνα πλάμῃ ἐπιμεληθῶ, ὡς παύσαιντο μὴ ἀδικοῦντες ἀλλήλους, μὴ βιαζόμενοι, καὶ ὅμοια τοῖς θηρίοις βιοῦντες, ἀναβλέψαντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἀρμονικώτερον ξυμπολιτεύοιντο. ἔφης γὰρ πρός με καταπέμπων, ἃ μὴ πράττουσιν ἄνθρωποι, μὴ ὡς διάκεινται ὑπὸ τῆς ἀμαθίας, ὦ θύγατερ, καὶ αὐτὴ ὁρᾷς, εἰκὸς ἦν (εἰκὸς γὰρ αὐτὸς) σὲ, ὦ μόνῳ ἰάσασθαι ἄρα τὰ γιγνόμενα οἶμαι, πρεπείας

discipulos, sectatores ac contubernales se nostros esse dicentes: at vita eorũ scelestissima, ignorantia, temeritate & petulantia penitùs est referta: nobis iniuria haud parua. ab illis, ô pater, iniuria affecta profugi. IVP. *Molesta haec, filia: verùm quare potissimùm te laesêre?* PHI. *Consídera, pater, nũ parua. etenim cùm vidisses humanã vitam iniquitate et iniustitia plenam, tanquam ignorantia & violentia agitatã & perturbatam, tu rerũ humanarum, quòd tanta caligine cõflictarentur, miseratus, me in terram demisisti, iniungẽs vt omnem adhiberem diligentiam, quò homines à violentia & mutuis desinerẽt iniurijs, ac nõ beluarum ritu viuerent, ad veritateḿq; respicientes, pacatiùs inter se degerent. Dicebas etenim cùm me demitteres, quæ'nam homines agunt, qualiteŕq;, ô filia, ob ignorantiam sint affecti, tute quoq; cernis. Ego verò, quoniam eorum me misereret, te, quam solam tantis erroribus mederi posse arbitror,*

ἐξ ἁπάντων ἡμῶν, πέμπω ἐκ-
σομαλῶ. Ζεύς. οἶδα πολλὰ
καὶ ζαῦτα εἰπὼν τότε, σὺ δὲ
τὰ μετὰ ταῦτα ἤδη λέγε, ὅ-
πως μὲν ὑπεδέξαντό σε κατα-
πλαμβόλω τὸ πρῶτον, ἄ τινα
δὲ νεῶν ὑπ' αὐτῶν πέπονθας;
Φιλ. ἔξα μὲν, ὦ πάτερ, οὐκ ἐπὶ
ζοὺς Ἕλληνας εὐθὺς, ἀλλ' ὅ-
περ ἐδόκει μοι χαλεπώτερον
ζοῦ ἔργου εἶναι, τὸ βαρβάρους
παιδεύειν καὶ διδάσκειν, ζοῦ-
το πρῶτον ἠξίουν ἐργάσασθαι.
τὸ Ἑλληνικὸν δὲ ἔασον, ὡς ἔ-
στιν ὑποβαλέσθαι καὶ τάχιστα,
ὡς γε ἐμοὶ εὐδιάβολον τὸν
χαλινὸν οἷόν τε, καὶ ὑπαχθη-
σόμενον ζῷ ζυγῷ, ὁρμήσασα
ἐς Ἰνδοὺς τὸ πρῶτον, ἔθνος
μέγιστον τῶν ἐν ζῷ βίῳ, ἅ χα-
λεπῶς ἔπειθ' ὑπαβάντας ἀπὸ
τῶν ἐλεφάντων ἐμοὶ σωθῆ-
ναι. ὥστε καὶ γένος ὄλβιον, οἱ
Βραχμᾶνες, ζοῖς Νεχραίοις
καὶ Ὀξυδράκαις ὁμορροι, οὗτοι
πάντες ὑπ' ἐμοὶ τάττονται,
καὶ βιοῦσι. οἱ γε κατὰ τὰ ἡμῖν
δοκοῦντα, τιμώμενοι πρὸς
τῶν πλησίον ἁπάντων, καὶ
ἀποθνή-

ex omnibus nobis elegi, ac vt illos cures, demitto. IVP. Noui, multa talia tum dicebam: at tu iam dicere perge, quomodo sub initium te deuolantem homines susceperint, & quæ nunc ab ipsis pertuleris. PHIL. Perrexi igitur, pater, non confestim ad Græcos, sed quod longè mihi difficilius opus esse videbatur, Barbaros videlicet instituere & docere, hoc primum aggrediendum esse censebam. Intermissis igitur Græcis, tanquam qui facilè subigi possent, ac celeriter, vt putabam, frenũ suscepturi, iugóque collum subdituri forent, ad Indos primò moui, gentem omnium quæ viuunt, maximam: illisq; haud grauatè persuasi, vt ab elephantis descendentes, mecum conuersarentur, quemadmodum Brachmanes, felix hominũ genus, Nechræis & Oxydracis finitimi, qui omnes mihi subduntur, ac nostris

viuunt institutis, ac omnibus circumhabitantibus honorati, mortisq;

ἀθυμήσειεν παράδοξόν τι καὶ ἀπὸ τοῦ θανάτου τρόπον. Ζεύς. ὃς γυμνοσοφιστὰς λέγεις; ἀκήκοα γοῦν τάδε ἄλλα τε περὶ αὐτῶν, καὶ ὅτι ἐπὶ πυρὰν μεγίστην ἀναβάντων, ἀνίσχονται μόλις, οὐδὲ τοῦ σχήματος τῆς καθέδρας ἐκπίπτουσιν· ἀλλὰ μέγα τοῦτο. ἀναγκαῖον γοῦν καὶ Ὀλυμπιάσι τὸ ὅμοιον ἐγὼ εἶδον γενόμενον, ἀκούσας δὲ καὶ οἱ παρεῖναι, δεισάντων τότε τοῦ γέροντος. Φιλ. οὐκ ἀνῆλθον, ὦ πάτερ, εἰς Ὀλυμπίαν, φόβῳ τῶν καταράτων ἐκείνων, οὓς ἔφην, ὅτι πολλοὺς αὐτῶν ἑώρων ἀπιόντας, ὡς λοιδορήσαντος τοῖς ξυναγηλυθόσι, καὶ βοῶς τὸν ὀπισθόδομον ἐμπλήσασιν ὑλακτούντων, ὥστε οὐδὲ εἶδον ἐκεῖνον, ὅπως ἀνέβαινε. μετὰ γοῦν τοῦτο Βραχμᾶνας, εἰς Αἰθιοπίαν ἐλθών, ἔπειτα εἰς Αἴγυπτον διατρίβων, καὶ ξυγγενόμενός τοῖς ἱερεῦσι καὶ προφήταις αὐτῶν καὶ τὰ θεῖα παιδούμενος, εἰς Βαβυλῶνα ἀπῆρα, Χαλδαίους καὶ μάγους μυούμενος, ἔπειτα εἰς Σκυθίαν ἐλήλυθα, ἔπειτα εἰς Θρᾴκην.

mortisque genere moriuntur admirando. IVP. Gymnosophistas dicis: de quibus inter cætera & hoc audio, quòd in rogum ingentem adscendentes, sponte comburũtur, minimè vel forma aut cathedra excidentes: sed mihi magni hoc. nam & ego nuper in Olympiacis simile quiddam fieri conspexi: quin & te cùm senex conflagraret, adesse decuisset. PHI. Haud ad Olympia, pater, adscendi, execrandorum illorum, quos dicebam, metu, quoniam multos eorum abire vidi, tanquam concilio maledicerent, latrantésque domus posteriora clamore implerent: ita vt nec illum quemadmodum occubuerit viderim. Post Brachmanes igitur confestim in Aethiopiam, inde in Aegyptum descendi, & cum sacerdotibus & prophetis illorum congressa sum. Quos cũ diuina docuissem, in Babylonem perrexi, Chaldæos & Magos initians. Inde in Scythiam, postea in Thraciam,

vbi

ἔνθά μοι Εὔμολπός τε καὶ Ὀρφεὺς σαυτῷ συνῆσαν. οὓς καὶ πρὸ σοῦ πεπόμφαμεν εἰς τὴν Ἑλλάδα τὸν μὲν, ὡς τελέσοντα αὐτοὺς, τὸν Εὔμολπον (ἐμεμαθήκει γὰρ τὰ θεῖα παρ' ἡμῶν ἅπαντα) τὸν δέ, ὡς ἐπάδοντα προσβιάσοιτο τῇ μουσικῇ, κατὰ πόδας εὐθὺς ἐπόμενον. καὶ τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἐνθυμοῦμαι ὅτι πάνυ ἀσπάσαντο οἱ Ἕλληνες, ὅτι ὅλως ἀπίκεσαν. κατ' ὀλίγον δὲ προσωμίλουν, ἐπεὶ ἐκ τῶν ἀπάντων ἑταίρους καὶ μαθητὰς προσηγαγόμην, καὶ ἄλλον ἐκ Σάμου, καὶ ἄλλον ἐξ Ἐφέσου, καὶ Ἀβδηρόθεν ἄλλον, ὀλίγους πανταπασι· μεθ' οὓς τὸ Σοφιστῶν φῦλον οὐκ οἶδ' ὅπως μοι παρεισέφυ. ὅτι μὲν γὰρ τἀμὰ εἰς βάθος, οὔτι γε μισθῷ ἀπάδον, ἀλλ' οἷον τὸ Ἱπποκενταύρων γένος, σύνθετόν τι καὶ μικτὸν, ἐν μέσῳ ἀλαζονείας καὶ φιλοσοφίας πλαζόμενον, οὔτε τῇ ἀγνοίᾳ τέλεον προσιχόμενον, ὅτι ἡμᾶς ἀτενέσι τοῖς ὀφθαλμοῖς καθορᾷν δυνάμενον, ἀλλ' οἷον νεμῶντα ὑπὸ τοῦ ἀμβλυώπου, ἀσαφές τι, καὶ ἀμυδρὸν ἡμῶν

vbi[b] Eumolpus & Orpheus mecũ congreſſi ſunt, quos etiam in Græciã præmiſi, Eumolpum quidem vt Græcos initiaret (etenim cuncta diuina à nobis didicerat) Orpheum autem vt in cantãdo muſica eos cogeret: quorum veſtigia confeſtim inſecuta ſum, ac ſub initium cùm veniſſem, nõ admodum Græci me amplectebãtur, nec tamẽ penitùs excludebant. Paulatim verò cum eis conuerſata, ſeptem ex omnibus amicos et diſcipulos collegi, & alium ex Samo, alium verò ex Epheſo, ex Abdera quoq; aliũ, omninò paucos. Quibus cum [c] Sophiſtarum genus, neſcio quo pacto, mihi ſubpullulauit, neq; mea abſolutè æmulans, nec tamen penitùs diſcrepans, ſed tanquam Hippocentaurorũ genus, compoſitum quid, & mixtũ, in medio ſuperbiæ & philoſophiæ errans, neq; ignorantiæ finem imponens, neque fixis oculis nos intueri valens, ſed tanquã hebetudine cæcutientes, obſcurũ quid, & dubiam noſtri

imaginem

δῶλον, ἢ σκιὰν ἐνίοτε ἰδόν-
τα ἄν, οἱ δὲ ὄντως ἀκριβῶς
πάντα κατανενοηκέναι. ὅθεν
παρ' αὐτοῖς ὁ ἀχθεὶς ἐκείνη,
ἡ ματαία σοφία, καὶ ὡς αὐ-
τοὶ ὄντως, ἀπρόσμαχος ἀνα-
πίπτει· αὐ λυμφαὶ καὶ ἄπο-
ροι καὶ ἄτοποι ἀφορμαὶ, καὶ
λυσίξοδοι καὶ λαβυρινθώδεις
ἐρωτήσεις. ἔτα λωλυόμενοι,
καὶ ἐνισχόμενοι πρὸς τῶν ἑταί-
ρων τῶν ἐμῶν, ἀγανάκτουν,
καὶ συνίσασιν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ τέ-
λος, δικασηρίοις ὑπῆγον, καὶ
παρεδίδοσαν πιομένους τὸ
κωνεῖον. ἐχθὲς μὲν οὖν ἴσως
τότε φυγεῖν ἀνθὺς, καὶ μηκέ-
τι ἀνέχεσθαι τὴν συνουσίαν
αὐτῶν, νῦν δ' Ἀντισθένης μὲν
καὶ Διογένης, καὶ μετὰ μι-
κρὸν, Κράτης καὶ Μένιππος,
οὗτοι ἔπεισαν ὀλίγον ἐπιμε-
νῆσαι τῆς μονῆς, ὡς μήποτε
ὄφελον· ἔδει γὰρ ἄν τοσαῦτα ἐ-
πιπόνθειν, ὕστερον. Ζεύς. εὖ γ'
ἔπω μοι λέγεις, ὦ φιλοσοφία,
τίνα ὑβρίκησαι, ἀπὸ ἀγανα-
κτεῖς μόνον. Φι. καὶ μὴν ἄκου-

imaginem vmbrámve quandoque cernens, nihilominus tamen exactè cuncta se noſſe exiſtimat. Hinc illa inutilis et ſuperuacanea apud eos ſapientia, & vt ipſi arbitrantur, inexpugnabilis, accenditur: arrogantes quoque & dubiæ, nec non abſurdæ reſponſiones: inextricabiles prætereà & labyrintheæ interrogationes. Quòd ſi ab amicis meis prohibentur & redarguuntur, indignantur, ac contra illos conſpirant, tandémque in ius rapiunt, & ad cicutam bibendam tradunt. Et quamuis fortaſsè cùm confeſtim fugere, nec ampliùs eorum conuerſationem tolerare oportuiſſet: [d] Antiſthenes tamen, & Diogenes, ac paulò pòſt [e] Crates, Menippus quoque, mihi, vt parumper diſceſſum meũ differrem, perſuasêre: quod vtinam nunquam factum eſſet: non enim tanta poſteà fuiſſem perpeſſa. IVP. *Sed nondum mihi, ô Philoſophia, enarras quemadmodum iniuria ſis affecta, verùm tantummodò indignaris.* PHIL. *At qualiter nunc,*

ô Iupi-

ὦ Ζεῦ, πλήκτρα ἐστὶ μιαρὸν γάρ τι φῦλον ἀνθρώπων, καὶ ὡς τὸ πολὺ δημοτικὸν καὶ θητικὸν, ὃ ξυγγνώμονα ἡμῖν ἐκ παίδων ἐπ' ἀσχολίας· ἐδούλευε γάρ, ἢ ἐθύετο, ἢ ἄλλας τέχνας, οἵας ἐκεῖνος τοὺς τοιούτους, ἐμάνθανε, σκυτοτόμον ἢ τεκτονικήν, ἢ περὶ πλυνοὺς ἔσχεν, ἢ ἕτερα ξαίνειν· ὡς ἀφυᾶ ἔπη τοῖς γεωργοῖς, καὶ ἀνεμίρυτα, καὶ καταγώγιον ἀνεμαρῶς, ὁπότε ἢ μρόκλω ἐκέλευε κρίφοις, ἢ μίτον κλώθοις, τοιαῦτα τοίνυν ἐμ παισὶ μελετῶντες, οὐκ ὄνομα τὸ ἡμέτερον ἤκουον. ἐπεὶ δ' ἐς ἄνδρας τελεῖν ἤρξαντο, καὶ κατεῖδον τὼ ἀδελφὼ, ὅσα παρὰ τῶν πολλῶν ὄντι τοῖς ἑταίροις τοῖς ἐμοῖς, καὶ ὡς ἀνέχονται οἱ ἄνθρωποι τὴν παῤῥησίαν τὴν αὐτῶν, καὶ χαίρουσι θεραπευόμενοι, καὶ συμβουλεύουσι πείθονται, καὶ ἐπιτιμῶντας ἀποβλέπουσι, ταῦτα πάντα τυραννίδα οὐ μικρὰν ἡγοῦντο εἶναι· τὸ μὲν δὴ μανθάνειν, ὅσα τῇ τοιαύτῃ θεωρίᾳ πρόσφορα, μακρὸν

ô Iupiter, audi: Sceleſtum quoddam hominũ genus eſt, & vtplurimùm ſeruile ac mercenarium, haud nobiſcum ob negotiorum multitudinem à pueris conuerſatum. ſeruitutem enim ſeruiuit, aut ſub mercede operam locauit, aut alias artes exercuit, quales par eſt homines tales addiſcere, coriariam, fabrilem, fullonicam, aut lanam excutere, vt mulieribus ſit accommoda, & ad filandum apta ductiliſq; , cùm illæ tramam vertunt, vel licium circumuoluunt: talia igitur in puerili exercentes ætate, nec nomen cognouêre noſtrum. Poſtquam verò annos viriles ingredi cœpêre, ac reuerentiam quæ à quamplurimis amicis exhibetur meis, conſpexerunt, quemadmodumq; homines loquendi eorum libertatem tolerant, & correpti gaudent, ac conſulentibus obtemperant, increpantes denique formidant: hæc omnia tyrannidem haud paruam eſſe arbitrabantur. Verũ addiſcere quæ profeſſioni huic cõueniunt, longum

μαρὸν ἦν, μᾶλλον δ' ἀδύνατον, ἀπὸ τέχνης ὑπηρέτας, μὴ σὺν πόνῳ, μὴ μόγις ἱκανὰ παρέχεσθαι ἐδύναντο· ἐνίοις δὲ καὶ ἡ δουλεία βαρεῖα, καὶ ὅσῳ οὖν ἦν, ἀφόρητον ἐφαίνετο. ἔδοξε σὺν σκοπουμένοις, πρὸ ὑπάτου ἄγκυραν, οὕτω λέγειν οἱ ναυτιλόμενοι φασὶ, καθίσαι, καὶ ἐπὶ τὴν βελτίστην διάνοιαν ὁρμίσασθαι. ἔτι τὴν καὶ τόλμαν καὶ ἀμαθίαν καὶ ἀναισχυντίαν προσκαλέσαντο, ἅπερ αὐτοῖς μάλιστα σώζειν ἐνόμιζον, καὶ λοιδορίας καινὰς ἐπινοῆσαι, ὡς πρόχειροι ἔσοιντο, καὶ ἀνὰ στόμα τὰς μόνας ξυμβολὰς ἔχοντο. ὁρᾷς, ὁποῖα τοῖς φιλοσοφίαν ἐφόδια σχηματίζουσιν, καὶ μεταποιοῦσιν αὐτὰ μάλα εἰκότως, καὶ πῶς ἐμοί, οἷόν τι ἀμῆλαι ὁ Αἴσωπός φησι ποιῆσαι τὸν ἐν τῇ Κύμῃ ὄνον, ὃς λεοντῆν περιβαλόμενος, καὶ πρᾶγμα ὀγκάμενος, ἄξιος λέων καὶ αὐτὸς εἶναι, καί πως τινὰς καὶ ἔπεισεν ἴσως οἱ νομίζοντο αὐτῷ. τὰ δ'

longũ erat, ſcu potiùs impoſſibile valdè: artificia verò tenuia, & quæ vix cum ſummo etiam labore neceſſaria ſuppeditare poſſent: nonnullis etiam ſeruitus moleſta, et quomodocunq; erat, intoleranda videbatur. Re igitur diligenter perpenſa, f ancoram nouiſſimã, quam nauigantes ſacram appellant, viſum eſt demittere. ad optimã ltaq; ſocordiam declinantes, audaciam quoq; & ignorantiam ac impudentiam in auxilium aduocârunt, quæ potiſſimùm cum eis in certamẽ irent. Conuitia prætereà noua excogitârunt, vt prompta eſſent, ac ſolas decertationes has in ore haberẽt. Qualiánam ad philoſophiam cernis viatica? proinde & formæ ſtudẽt, ac oppidò q̃ elegãter ſe exornant, planéq; ita mecũ agũt, quemadmodum Aeſopus Cumanum illum aſinum feciſſe refert, qui cũ leoninã induiſſet pellẽ, & aſperè derudiſſet, ſe quoq; leonem eſſe videri cupiebat, & erant fortaſſis nonnulli qui ei crederent.

Noſtra

τὰ δ' ἡμέτερα πάνυ ῥᾴδια, ὡς οἶσθα, καὶ εἰς μίμησιν πρόχειρα, τὰ πόφανῆ λέγω, καὶ ὁ ποιῆσε δ' πραγματείας δεῖ, περιβάλλεσθαι, καὶ πήραν ἐξαρτήσασθαι, καὶ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχειν, καὶ βοᾶν, μᾶλλον δὲ ὀνομάζειν ἢ ὑλακτεῖν, καὶ λοιδορεῖσθαι ἅπασι. τοῦτο ἀσφάλειαν γὰρ αὐτοῖς ἢ μηδὲν ἐπὶ τούτῳ παθεῖν, ἢ πρὸς τὸ σχῆμα αἰδῶς παρέξειν ἴσως· ἢ εὐλαβεία δὲ πρόχειρον, ἄκοντος ἢ λυσιτελοῦντος, λαβεῖν εἰ βούλοιτο ἀπάγειν, παλαχθησόμενόν γε ὦν ξύλῳ. καὶ τὰ ἄλφιτα οὐκ ἔτ' ὀλίγα, οὐδ', ὡς πρὸ τοῦ, μάζα ψιλή. τὸ δ' ὀψώνιον, ὁ τάχος ἢ θύμον, ἀλλὰ μυρία πανταχόθεν, καὶ οἶνος, οἷος κάλλιστος, καὶ χρυσίον, παρ' ὅτου ἂν ἐθέλωσι· δασμολογοῦσι γὰρ ἐπιφοιτῶντες, ἢ ὡς αὐτοί φασιν, ἀποκείρονται τὰ πρόβατα. δώσειν τέ ποτὲ οἴονται, ἢ αὐτοὶ ἢ σχῆμα, ἢ δι' ἢ μὴ ἀκοῦσαι ἀκαιρῶς. καὶ γὰρ αὖ καὶ πάνυ ἐώρων, οἶμαι, ὡς ἐξέστι τοῖς ὀρθῶς φιλο-

Nostra verò admodũ, vt nosti, sunt facilia, & ad imitandum leuia (de externis loquor) haud enim magni est negotij, vel vestem sibi tritã circundare, aut peram collo suspendere, seu lignum in manibus gestare, vel vociferari, aut potiùs rudere, siue latrare, ac omnibus maledicere. Equidem securitatem, quòd nihil ob talia passuri essent, formæ reuerẽtia præstare tenebatur. Libertas verò etiã inuito domino prompta, q se comprehensos abducere conabatur, baculi experiebatur violentiam. Cæterùm farina non ampliùs pauca, neq placenta vt anteà tenuis, obsonia verò nequaquã solita, cepéve agreste, sed carnes omnifariam, & vinum quod suauissimum: quin & aurum cùm volunt, paratum. etenim circumerrantes tributũ colligunt, vel vt ipsi dicunt, pecora detondent, multosq; dare existimant, vel habitus

venerãtione, aut metu ne malè audire cogantur. Siquidem & hoc quoque, vt arbitror, præuidere, quò ex æquo inter rectè philoso-

λοσοφῆσαι, ἐδέ τις ὁ διακά-
ων καὶ διακεινῶν τὰ διαφέ-
οντα ἴσται, ἂν μόνον τὰ ἔξω ὅμοι-
α. ἀρχὴν γὰρ ἐδὲ τὸν ἔλεγ-
χον δέχονται, ἂν ἔρηταί τις
ὑτοσὶ κοσμίως, καὶ καθ' ὑπο-
ὴν, ἀπ' ὀψὲ βοῶσι, καὶ ἐπὶ
τὴν ἀκρόπολιν τὴν ἑαυτῶν
καφεύγουσι, τὴν κοιλοσίαν, καὶ
πόχαρον τὸ ξύλον. καὶ ἂν μὴ
τὰ ἔργα ζητῇς, οἱ λόγοι πολλοί.
ὧν δὲ ἀπὸ τῶν λόγων λείπειν
θέλοις, τὸν βίον ἀξιοῦσι σκο-
πεῖν. διαφερόντως ἐμπέπλησται
πᾶσα ἡ πόλις ὑπὸ τοιούτης φα-
λαυργίας, καὶ μάλιστα τὸν Διο-
γένη καὶ Ἀντισθένη καὶ Κρά-
ητα ἐπιγραφομένων, καὶ ὑπὸ
τῶν λαμπὶ ταλαιπωρουμένων, ἃ τὸ μὲν
χρήσιμον, ὅσσον ἔνεστι τῇ φύ-
σει τῶν κυνῶν. οἷον τὸ φυλακτι-
κὸν ἢ τὸ οἰκουρικὸν, ἢ τὸ φιλο-
δέσποτον ἢ μνημονικὸν ἐλα-
χίστως ἐμπέπλησται, ὑλακὴν δὲ
καὶ λιχνίαν καὶ ἁρπαγὴν, καὶ
Ἀφροδίσια συχνὰ, καὶ κολα-
κείαν, καὶ τὸ σαίνειν τὸν δι-
δόντα, καὶ περὶ πραπίδας ἔ-
χειν, ταῦτα ἀκριβῶς ἐκπεπο-
νη-

philosophantes collocarentur, nec esset qui talia discerneret & dijudicaret, si tantum exteriora essent similia, quandoquidem nec principium redargutionis sustinent: veluti si dicatur, quis ille sic ornatus, & tam repentè? sed confestim clamitant, & ad eorum arcem, maledicentiam scilicet, confugiunt, lignúmque promptum est. Proinde si opera quæris, sermones multi: quòd si à sermonibus iudicare velis, vitam considerandam esse censent. Tali igitur impostura ciuitas repleta est vniuersa, & maximè sub Diogenis, Antisthenis, & Cratetis titulo, nec non canum prætextu. Cæterùm quod natura optimum est in canibus, veluti custodia, vel domus tutela, aut herilis amor, siue memoria, minimè imitantur: verùm latratu, gulositate, rapina, venereis, crebris adulationibus dantium blã-

ditijs, mensarũ demiq; frequentatione, his perquàm diligenter

νήσασιν. ὅψε δίνων μετὰ μικρὸν, οἷα ἴσα. οἱ γὰρ ἐκ τῶν ἐργασηρίων ἅπαντες ἀναπηδήσαντες, ἐρήμους τὰς τέχνας ἐάσουσιν, ὅταν ὁρῶσι σφᾶς μὴ πονοῦντας καὶ καμνοντας, ἀλλ' ὡς ἐσπέρας ἐπικινδύνους τοῖς ἔργοις, καὶ μόλις ἁρπάσαντας ἐκ τῆς διαύτης μισθαρνίας· ἀργοὺς δὲ καὶ γόητας ἀνθρώπους, ἐν ἅπασιν ἀφθόνως βιοῦντας, καὶ δυναστικῶς μὲν τυραννικῶς, λαμβάνοντας δὲ πρόθυμα ἀγαναγδιῶντας δὲ ἂν μὴ λάβωσιν, οὐκ ἐπαινοῦντας δὲ ἂν λάβωσιν. ταῦτα ὁ ἐπὶ Κρόνου βίος δοκεῖ αὐτοῖς, καὶ ἀτυχῶς τὸ μέλι αὐτὸ ἐς τὰ στόματα ἐσρεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἁπλοῦν ἂν δοκοῦν τὸ πρᾶγμα δοκῶ, εἰ δοκοῖεν ὄντες, μηδὲν ἐς ἡμᾶς ἅμα ἐξυβρίζειν· οἱ δὲ μάλα σιμνοὶ, καὶ σκυθρωποὶ τὰ ἔξω, καὶ τὰ δημόσια φαινόμενοι, ἢν παιδὸς ὡραίου, ἢ γυναικὸς λάβωνται καλῆς, ἢ ἐλπίσωσι σιωπῇ ἄξιον, οἷα ποιοῦσιν; ἔνιοι δὲ καὶ ξένων τῶν σφετέρων

elaborant. Atqui paulò pòst quónam hæc euadant, videbis. omnes enim ex officinis exilientes, artes relinquent desertas, cùm cernunt se laborantes, & operibus desudantes, ab aurora ad vesperum vsque defatigatos, vix tamen mercede tali vitam sustentare posse: segnes verò & subdolos homines, abundè in omnibus viuentes, tyrannicè quidem postulantes, ac promptò accipientes, & cùm non acceperint, indignantes, neque si acceperint, laudantes. hoc Saturnium eis videbitur seculum, spontéque mel ipsum ex cœlo in ora influere. Proinde res minùs esset molesta, si cùm tales sint, nulla alia nos afficerent iniuria. Nunc verò cùm admodum casti & seueri abeuntes & in publicis appareant, si puerum nacti fuerint formosum, vel mulierem speciosam, aut quid silentio dignum sperant, qualiánam faciunt? Nonnulli verò & hospitum suorum adulte-

θρυπτόμενον γυναῖκας ἀπάγουσι μοιχεύοντες, κατὰ τὸν Ἰλιέα ἐκεῖνον νεανίσκον, ὡς φιλοσοφοῦσιν ἀὐταί. ἔπειτα κοινὰς ταύτας ἅπασι τοῖς ξυνοῦσι παρίμενοι, Πλάτωνός τι λόγιμα οἴονται ποιεῖν, οὐκ εἰδότες, ὅπως ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος ἀξίου κοινὰς ἡγεῖσθαι τὰς γυναῖκας. ἃ μὲν γὲ ἐν τοῖς συμποσίοις θρῶσι, καὶ ἃ μεθύοντα, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν· καὶ ταῦτα ποιοῦσι, πῶς οἴει, κατηγοροῦντες αὐτοὶ μέθης καὶ μοιχείας, καὶ λαγνείας καὶ φιλαργυρείας; ἐμοὶ γοῦν οὕτως οὐδὲν ἄλλο ἄλλῳ ἐναντίον, ὡς τοὺς λόγους αὐτῶν, καὶ τὰ ἔργα· οἷον, κολακείαν μισεῖν φασι, κολακείας ἕνεκα, τὸν Γναθωνίδην δὲ τὸν Στρεβλίαν ἀποβαλέσθαι δεινὸν ἡγοῦνται, ἀληθεύειν τοὺς ἄλλους παρρησιαζομένους, ἐπὰν δὲ δι' εἰρωνείαν μὲν μετὰ καὶ τοῦ ψεύδεσθαι δεινὸν ποιοῦνται. ἡδονὴν, πᾶσιν ἐχθρὸν τῷ λόγῳ, καὶ Ἐπίκουρον τολμῶσιν, ἔργῳ

adulterantes vxores abducunt, Ilienſis illius iuuenis inſtar, tanquam & ipſæ quoque philoſophaturæ eſſent. Inde communiter illæ vniuerſis coëuntibus proſtituentes, Platonis ſe legem implere arbitrantur, haud intelligentes quo pacto ſacer ille mulieres communes eſſe debere cenſuit. Quæ verò in conuiuijs agunt, quemadmodum inebrientur, longum eſſet recenſere: & hæc faciunt, quomodo putas, dum ipſi ebrietatem, adulteria, luxuriam, & auaritiam reprehendunt. Nil igitur magis inter ſe inuenies contrarium, quàm illorum ſermones & opera: quemadmodum cùm adulationem odio habendam aſſerunt, & tamen adulandi gratia gnathonicam vel aſſentationem ipſam exuperent. Alios verò loquì hortantur, cùm ipſi nec linguam niſi mentiendo mouere poſſint. Voluptates omnibus ſermone inimicæ, Epicurúsque hoſtis: opera verò

δι' ἃ τἀνθλιω ἅπαντα πράττουσι. τὸ δ' ὀξύχολον καὶ μικρολόγον καὶ πρὸς ὀργὴν ῥᾴδιον ὑπερβαλλόμενα βρεφύδρια καὶ νεογνά. γέλωτα γοιῶν οὐ μικρὸν παρέχουσι τοῖς θεωμένοις, ὁπόταν ὑπὸ τῆς τυχούσης αἰτίας ἐπιζέσῃ μὲν αὐτοῖς ἡ χολή, ὠχριῶντες δὲ τὴν χροιὰν βλέπωνται, ἐταμόν τι καὶ παράφορον ἀναπορκότων, καὶ ἀφροῦ μᾶλλον δὲ ἰοῦ μεστὸν αὐτοῖς ἦ τὸ στόμα, μὴ συγκεῖσθαι τύχοις, ὅτι ὁ μιαρὸς ἰκτῖν ἐκχέεται βόρβορον. χρυσίον μὲν ἢ ἀργύριον, Ἡράκλεες, οὐδὲ λιπτῶσθαι ἀξιῶ, ὀβολὸς ἱκανὸς, ὡς θέρμης πριάμην· ποτὸν γὰρ ἡ λιβὰς ἢ ποταμὸς παρίξει. μετ' ὀλίγον αὐτοῦσιν οὐκ ὀβολὸς, οὐδὲ δραχμὰς ὀλίγας, ἀπὸ πλούτου ὅλου· ὥστε τὶς ἔμπορος ζωῦν ἀπὸ τοῦ φόρτου πλήσειεν ἄν, ὅσον τοῦτοις φιλοσοφία εἰς χρηματισμὸν σωτηλεῖ. ἔστ' ἐπαθλὰν ἱκανῶς συλλειξόντων, καὶ ἐπισιτίσωνται,

omnia propter illas patrare audent. Iræ præterea vehementia, leuissimarúmque rerum perturbatione, nec non indignationis facilitate, etiam nuper genitos infantulos superant. Non parum igitur risum spectatoribus mouent, cum quoui etiam fortuito casu adeò illis ira ebullit. Colore autem liuidi videntur, impudens quid & abominabile præ se ferentes. Os verò spuma vel potiùs veneno est refertum: ne tu illic cùm fœda illa euomitur illuuies, deprehendaris, caue. Pro in aurum vel argẽtum, Hercules, neque possidere dignantur. obolus sufficit vt lupinos emant: nam potum fons seu riuus suppeditabit. At paulò pòst non obolos vel drachmas paucas, sed totas postulant diuitias, adeò vt mercator quispiam tanto impleri onere posset, quantum illis ad quæstum Philosophia confert. Inde postquam ad satietatem vsque corrasêre, ac frumentati sunt,

ἀφῤῥί-

infeli-

ἐκβάλλοντες ἐκεῖνο τὸ δυσῳδες πριβώνιον, ἀγρὸς ἐνίοτε, καὶ ἐσθῆτας τῶν μαλακῶν ἐπριάμενοι, καὶ παιδίας κομήτας, καὶ οἰκίας ὅλας, μακρὰ χαίρειν φράσαντες τῇ πήρᾳ τῇ Κράτητος, καὶ τῷ πρίβωνι τῷ Ἀντισθένους, καὶ τῷ πίθῳ τῷ Διογένους. οἱ ἰδιῶται δὲ ταῦτα ὁρῶντες, καταπτύουσιν ἤδη φιλοσοφίας, καὶ ἅπαντας ἤδη τοιούτους οἴονται, ἐμὲ τὰς διατριβὰς αἰτιῶνται. ὥστε πολοῦ ἤδη τὸν χρόνον, ἀδυνατώτερόν μοι γίγνηται, εἰ μὴ ἕνα τινὰ προσαγάγοιμι αὐτῶν, ἀλλὰ τὸ τῆς Πηνελόπης ἐκεῖνο πάσχω· ὁπόσον γὰρ ἐγὼ ἐξυφαίνω, τοῦτο μὲν ἀπαρτὶ αὖθις ἀναλύεται. ἡ ἀμαθία δὲ καὶ ἡ ἀδικία ἐπιγελῶσιν, ὁρῶσα ἀνύσιμον ἡμῖν τὸ ἔργον, καὶ ἀνέκλυτον πόνον. ΖΕΥΣ. οἷα, ὦ θεοί, πέπονθεν ἡμῖν ἡ Φιλοσοφία πρὸς τῶν καταράτων ἐκείνων; ὥστε ὥρα σκοπεῖν ὅ, τι καὶ πρακτέον, ἢ ὅπως αὐτὸς μετεωσίου· ὁ μὲν γὰρ ἱκανὸς ἀπά-

infelicem illam abiicientes lacernam, agros nonnunquam, ac vestes molles, pueros quoque cincinnatos, nec non instructas domus totas emunt, Cratetis peræ, Antisthenis lacernæ, ac Diogenis dolio, longum valere dicentes. Talia cùm idiotæ cernunt, Philosophiam iam conspuunt, omnesq; tales esse arbitrantur, ac doctrinam meam reprehendere non desinunt, adeò vt longo iam tempore impossibile mihi fuerit vel vnum ex eis conciliare: sed planè Penelopes illud patior. etenim quantum ego texo, tantum rursus eueſtigiò dissoluitur. Ignorantia verò & Iniustitia, cùm opus nostrum inextricabile, laboremq; cernunt inanem, minimè à risu temperant. IVPIT. *Proh, ô dei, qualia nobis Philosophia ab execrandis illis perpessa est? quapropter considerandi tempus adest, quid faciundum, vel quo pacto è medio sint tollendi. Cæterùm fulmen eos*

ἀπάγα μιᾷ πληγῇ, καὶ ὁ θάνατος καὶ ταχύς. ΑΠ. ἐγώ σοι, ὦ πάτερ ὑποθήσομαι· μισῶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἤδη τοὺς ἀλαζόνας, ἀμούσους ὄντας, ὑπὲρ τῶν Μουσῶν ἀγανακτῶν. ὑβρισμένῃ μὲν γὰρ ἡ τῆς σῆς ἀξιᾶς οὐδαμῶς ἐκεῖνοι ἄξιοι· τὸν Ἑρμῆν δέ, εἰ δοκεῖ, αὐθημερὸν τῆς λοιμώσεως καταπέμψωμεν ἐπ' αὐτούς· ὃς ἅτε δὴ καὶ περὶ λόγους ἔχων καὶ αὐτὸς, τάχιστα ἂν γνοίη τοὺς ὀρθῶς φιλοσοφοῦντας, καὶ τοὺς μή· ἅτε τοὺς μὲν ἐπαινέσεται, ὡς τὸ εἰκὸς, οἱ δὲ λοιδορήσονται, ὅσῳ ἂν ἐκεῖνος παρὰ τὸ δέον δοκῇ. ΖΕΥΣ. ἀλλ' εἶεν, ὦ Ἀπολλον· ἀτὰρ καὶ σὺ Ἡράκλεες, ἅμα καὶ τὴν φιλοσοφίαν αὐτὴν ἕλκοντε ἅπερ ἐστὲ τάχιστα εἰς τὸν βίον. πρόσεστι δίκαζον γοῦν ἄθλον οὐ τὸ τυχὸν οὐ μικρόν ἐκτιλίσαι, ἂν ἐκκόψητε μιᾶς ἅπαξ, καὶ ἀναίσχυντα θηρία. ΗΡΑ. καὶ μὴν ἄμεινον ἴσως, ὦ πάτερ, τὴν κόπρον ἐκκαθάραι αὖθις τοῦ Αὐγείου, ἢ τούτοις συμπλέκεσθαι·

iaculatione vnica, mórsque auferet cita. APO. Ego tibi pater autem vellam: nam & ipse iam arrogantes, & à Musis alienos, Musarum gratia indignatus, odi: fulmine siquidem aut tua dextra minimè illi digni sunt. Mercurium autem, si videtur, pœnæ exactorem ad illos demittemus, it, tanquam qui & ipse inter disciplinas versatur, celerrimè eos qui rectè philosophantur, & qui minùs, cognoscet: dein hi quidem, vt par est, laudabuntur, illi verò quemadmodum ex tempore videbitur, plectentur. IVPIT. Rectè dicis, Apollo: sed & tu Hercules, vnà Philosophiam ipsam pariter ducentes, propériter in vitam abite: certamen & decimumtertium istud, nec paruum, te absoluere putato, si tam scelesta & impudentissima extirpaueris animalia. HER. At qui pater 8 Augiæ fimum repurgare præstaret, quàm cum talibus manus conferro.

eamus

θαι· ἀκούσομεν δ' ὅμως. Φι. ἴτω μὴν, ἀκολουθητέον δὲ κατὰ τὰ δόξαντα τῷ πατρί. Ερ. κατίωμεν, ὡς ἂν ὀλίγους αὐτῶν ἐπιτείψωμεν σήμερον. ποίαν δὴ χὴ πραπίδαν, ὦ Φιλοσοφία; σὺ γὰρ οἶσθα, ὅπου ἀεί. ἢ πρόδηλον ὅτι ἐν τῇ Ἑλλάδι; Φι. οὐδαμῶς, ἢ πάνυ ὀλίγοι, ὅσοι ὀρθῶς φιλοσοφοῦσιν, ὦ Ερμῆ· οὔτοι δὲ οὐδὲν Ἀττικῆς πενίας δέονται, ἀλλ' ἔνθα πολὺς χρυσὸς ἢ ἄργυρος ὀρύττεται, ἐκεῖ που ζητητέοι ἡμῖν ἐσμέν. Ερ. οὐκοῦν ἐνθὺς τῆς Θρᾴκης ἐπιτέον. Ηρα. εὖ λέγεις, καὶ ἐγώμαί γε ὑμῖν τῆς ὁδοῦ· οἶδα γὰρ τὰ Θρᾳκῶν ἅπαντα, συχνάκις ἐπιδημήσασα. καί μοι τλαίητε ἅδε πραπάμενα. Ερ. ποίαν λέγεις; Ηρα. ὁρᾶτε, ὦ Ερμῆ καὶ Φιλοσοφία, δύο μὲν ὄρη μέγιστα, καὶ κάλλιστα ἁπάντων; Αἷμός τε, τὸ μέζον, καὶ καταντικρὺ Ῥοδόπη, πεδίον δὲ ἐπιμελὲς παμφόρου, ἀπὸ τῶν

eamus tamen. PHILO. *Inuita quidem: ex patris tamen sententia subsequendum est.* MERC. *Descendamus, quandoquidem haud paucos ex illis hodie conteremus. Cæterùm, ô Philosophia, quónam tendere oportet? tu enim vbi versantur, nosti: an perspicuum est quòd in Græcia?* PHI. *Minimè, nisi admodum pauci, qui rectè, ô Mercuri, philosophantur. Illi verò Attica haud indigent paupertate, sed vbi auri & argenti eruitur copia, ibi nobis sunt quærendi.* MER. *Nunquid igitur confestim in Thraciam abeundũ?* HER. *Bene dicis. ego vos in viâ deducam: nam cuncta Thracum, vtpote qui sæpiùs illuc accesserim, cognoui. & nunc huc mihi flectatis.* MERC. *Quónam dicis?* HER. *Videtísne, Mercuri & Philosophia, montes duos maximos, omniúmque pulcherrimos? maior Hæmus est, oppositus verò Rhodope: at campus interiectus, perquàm fertilis, ab*

τῶν πρωτόλων ἑκατέρων αὐθὺς ἀρξάμενον· καί τινας λόφους πρὸς πολὺ καλοὺς ἀνισταμένους, οὐκ ἀμόρφους τὴν παχύτητα, οἷον ἀκροπόλεις πολλὰς τῆς ὑπερκειμένης πόλεως· καὶ ἡ πόλις γὰρ ἤδη φαίνεται. Ερμ. νὴ Δί', ὦ Ἡράκλεις, μεγίστη καὶ καλλίστη ἁπασῶν. πόρρωθεν οὖν ἀπολάμπει τὸ κάλλος, καί τις ποταμὸς μέγιστος παραμείβεται, πολὺν ἐν χρῷ ψαύων αὐτῆς. Ηρα. Εβραῖος μὲν οὗτος, ἡ δὲ πόλις, ἔργον Φιλίππου ἐκείνου. καὶ ἡμᾶς ἤδη πρόσεισι καὶ ὑπανέφηλοι, ὥστε ἐπιβαίνωμεν ἀγαθῆς τύχης. Ερ. οὕτω γιγνέσθω. τί δ' οὖν χρὴ ποιεῖν, ὅπως τὰ θηρία ἐξιχνευτέον; Ηρα. τοῦτο μὲν σὸν ἤδη ἔργον, ὦ Ερμῆ· κῆρυξ γὰρ εἶ, ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις κηρύττων. Ερ. οὐδὲν τοῦτο χαλεπόν, ἀλλὰ τοὔνομα τὸ ἑκάστου καὶ ἐπίσταμαι αὐτό· σὺ οὖν, ὦ Φιλοσοφία, λέγε, οὕς τινας ὀνομαστέον, καὶ τὰ σημεῖα ποῖά τινα. Φιλοσ. οὐδὲ αὐτὴ μὲν οἶδα τὸ ἀφὶς,

vtriusque confestim radice se pandens: & colles quosdam tres perpulchros assurgentes, minimè asperitate deformes, tanquam subiectæ ciuitatis arces varias: & iam vobis ipsa apparet. ME. Ita per Iouem, ô Hercules, maxima, & omnium formosissima: etenim à longè illius resplendet pulchritudo. quin & fluuius quidam maximus præterlabitur, opportunè illam alluens. HE. Hebrus est, ciuitas verò Philippi illius opus: proin nos iam contege, nebulaq; inuolue, vt bona descendamus fortuna. MER. Ita fiet. Cæterùm quid facere oportet vt animalia indagentur? HE. Hoc quidem tuum iam, Mercuri, opus: nam præco es, ne igitur præconium enunciare cunctaris. MER. Haud'difficile hoc, verùm illorum nomina ignoro: tu igitur Philosophia, quo nomine sint appellandi, insuper & signa

profer. PHILOS. Sed neque ipsa manifestè quinam vocen-

ἀφὶς, οἵ τινες ὀνομάζονται, ἐξὸ τὸ μὴ ξυγγνέσθαι αὐτοῖς. ἀλλ' οὖν ἄς ἐπιθυμίας, ἵν' ἔχωσιν ἐς τὰ ἐρώμενα, ἢ ἂν ἁμάρτοις προσαλῶν ἐρώνας, ἢ ἐρησίππους, ἢ ἐρησικλέας, ἢ ὠκυπόμονας, ἢ πολυκτήτας. Ερ. εὖ λέγεις. ἀλλὰ τίνες οὗτοί εἰσιν, ἢ τί καὶ σκοποῦσι καὶ αὐτοί; μᾶλλον δὲ καὶ πρόσιασι, καί τι καὶ ἔρεσθαι θέλουσιν. Αν. ἆρ' ἄν ἔχοιτε ἡμῖν, ὦ ἄνδρε, εἰπεῖν, ἢ σὺ, ὦ βέλτιστε, εἴ τινας τρεῖς γόητας ἅμα εἴδετε, καί τινα γυναῖκα ἐν χρῷ ἐξηκριβωμένην ἐς τὸ Λακωνικὸν, ἀῤῥενωπὸν, καὶ ὁμιλεῖν ἀνδρικῶς; Φι. παπαῖ, τὰ ἡμέτερα οὗτοι ζητοῦσι. Αν. πῶς τὰ ὑμέτερα; ἁρπάζεται γὰρ ἐκεῖνοι ἅπαντες· ἡμεῖς δὲ, τὴν γυναῖκα μάλιστα μέτριμεν, ὑφαπολισμένην πρὸς αὐτῶν. ἔσοιτο δὲ, καθότι μὴ ζητεῖμεν αὐτούς. Ερ. τὸ νῦν δὲ ἅμα ἐκηρύττομεν, εἴ τις ἀνδράποδον Παφλαγονικὸν, τῶν ἐκ Σινώπης βαρβάρων, ὄνομα τοιοῦτον, οἷον

vocentur noui, quoniam nullum mihi cum his consortium. Cæterùm non abeerrabis, si eos à posſidendi deſiderio, vel Poſſidomos, aut Poſſidipos, ſeu Poſſicleos, vel Poſſifundos, aut Poſſidoros nominaueris. MER. Bene dicis: ſed quinam hi ſunt, qui & ipſi circunſpectant? atqui accedunt, & quid loqui velle videntur. VIR. Poteſtisne, ô viri, vel tu optima, nobis indicare, num ternos pariter videritis præſtigiatores, ac mulierem quandam Laconicè corpus ornatam, aſpectu maſculo, ac penè virili? PHIL. Papæ, hi noſtra quærunt. VIR. Quomodo veſtra? etenim Fugitiui illi omnes: nos verò præcipuè mulierem pro mancipio ab eis abductam deſideramus. Intelligetis autem curnam ipſos quæramus. MER. Igitur pariter enunciemus præconium. Nè quis mancipium Paphlagonicum, ex Sinopenſibus barbaris, nomine tale, quale à

οἷον ἀπὸ λιτημάτων, ὑπωχρον, ἐν χρῷ κειρίαν, ἐν γνάθῳ βαθεῖ πήραν ἐξημμένον, καὶ τεττίγιον ἀμπεχόμενον, ὀργίλον, ἄμουσον, παχύφωνον, λοίδορον μωυήν ἐπὶ ῥητῷ αὐτονόμῳ. Δι. νοῶ, ὦ οὗτος, ὃ λημπλίας, ὡς ἐκάνῳ γε ὄνομα ἦν παρ' ἐμοὶ Κάνθαρος, καὶ ἐκόμα ἧ, καὶ τὸ γένειον ἐτίλλετο, καὶ σκληρῶς πως ἐμοὶ ἐπίστευε· ἀπεκάρη γὰρ ἐν ᾧ γναφείῳ λαθὼν τοὺς ἐρίους τῶν ἱματίων ἐπανθεῖ. Φι. ἐκεῖνος αὐτός ἐστιν ὁ οἰκέτης ὁ σός· ἀπὸ νῦν φιλοσόφῳ ἔοικεν, ἀκριβῶς ἑαυτὸν ἐπιξυράψας. Δι. ὦ τῆς τόλμης, ὁ Κάνθαρος φιλοσοφεῖ, φασίν. Αν. ἡμῶν δὲ οὐδεὶς λόγος. Ερ. ἀμέλει ἅπαντας ἀνευρήσομεν· ξυνῆσι γάρ, ὡς φησιν, αὕτη. Φιλ. τίς δ' οὗτος ἔστιν ὁ πρόσθεν ἰών, ὦ Ἡρακλεῖ, ὁ καλὸς, ὁ τὴν κιθάραν; Ηρα. Ορφεύς ἐστι, σύμπλους ἐμοὶ τῆς Αργοῦς ἐκεῖνος,

possessionibus imponitur, perpallidum, corpore hirsutum, barba horridum, pera instructum, lacerna indutum, iracundum, inerudi-tum, voce asperum, male-dicum, sub imaginaria li-bertate viuens, indicare po-test? DOM. Noui, heus tu, quod prædicas mancipium. Illi enim apud me Scara-beus nomen erat, caluastrum barbamq; vellebat, & artem meam nouerat: in fullonia enim sedens officina, floccu-los abradebat, qui ex vesti-mentis superflui pullulabāt. PHIL. Ille ipse seruus tuus est: ac nunc philosopho si-milis videtur, ac perbellè se ipsum fullonia expoliuit. DOMIN. Proh audaciam, Scarabeus philosophari di-citur? VI. De nobis verò nullus sermo. MER. Atqui omnes inuenietur: quoniam, vt aiunt, indifferenter cum muliere concumbunt. PHI. Sed quisnam, ô Hercules, ille alter est, qui contrà tendit, pulcher, & citharam ge-stans? HER. Orpheus, qui mecum Argos nauigauit,

omnium

ἅλις & ἡμῶν ἁπάντων· πρὸς γοῦν τὸν ᾠδὸν αὐτῶν ἅπαντα ἐπάμυνομεν ἱρέτουντον. χαῖρε, ὦ ἄριστε, καὶ μουσικώτατε Ορφεῦ, ὃς ἐπιλέλησαι γάρ ποτε Ηρακλέους. Ορ. νὴ καὶ ὑμᾶς γε, ὦ Φιλοσοφία καὶ Ηρακλῆ καὶ Ερμῆ· ἀλλὰ καιρὸς ἐκδιδόναι τὰ μίσθια, ὡς ἔγωγε πάνυ σαφῶς, ὅτι ζητεῖτε, οἶδα. Ερ. οὐκοῦν λέξον, ὦ παῖ Καλλιόπης, ἵνα ἐπὶ χρυσίου ᾖς ἐμοῦ, οἶμαι, δῆλος, σοφὸς ὤν. Ορ. εἰ ἔφυς, ἐγὼ δὲ τὴν μὲν οἰκίαν δείξω σοι ἐμαυτοῦ ἐν ὑμῖν, ἵνα οἰκῇ, αὐτὸς δὲ οὐκ ἂν, ὡς μὴ κακῶς ἀκούσαιμι πρὸς αὐτῶν· μιαρὸς γὰρ ἐστὶ περιβουλὴν, καὶ μόνον τοῦτο ἐκμεμελέτηκεν. Ερ. λέξον μόνον. Ορ. αὕτη πλησίον· ἐγὼ δὲ ἄπειμι ὑμῖν ἐκποδών, ἵνα μὴδ' ἰδοίμι αὐτόν. Ερ. ἐπίσχες, ὦ γύναι, καὶ φωνὴ ῥᾳψῳδούσης τὶ τῶν Ομήρου ἔπη. νὴ Δία, ἀλλ' ἀκούσομαί γε, τί καὶ λέγει.

omnium nautarum iucundissimus. Nam ad cantum suum remigantes, nullatenus laborabamus. Salue optime & perquàm canore Orpheu, qui nullibi vnquam Herculis oblitus es. ORPHE. Nequaquam: sed & Philosophia, Hercules, & Mercuri saluete: sed tempus est vt mihi præmium indicij persoluatis: ego enim planè quémnam quæratis, noui. MER. Nónne igitur, Calliopes fili, vbínam sit, monstrabis? cùm enim sapiens existas, minimè vt arbitror, auro indiges. ORPHE. Rectè dicis: proin ego vobis domum quam inhabitat, ostendero, ipsum verò minimè, ne malè ab eo audire cogar. summè enim scelestus est, ac vni huic rei studet. MERC. Ostende solùm. ORPHE. En proxima hæc: ego verò, ne ipsum videam, è pedibus vobis abeo. MERC. Attende, an non mulierjs vox est, Homeri quid connectentis? PHIL. Ita per Iouem: sed quidnam dicat, audiamus.

Δρα.

Δρα. Ἐχθρὸς γάρ μοι πᾶνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅς χρυσὸν φιλέῃ μᾶλλον ἢ φρεσὶν, ἄλλο δ' ἄποιτα.
Ερ. ἀκούω τὸν Κάνθαρόν σοι μισητὸν, ὃς
Πανοδόκον παρὰ ῥίζαν, ὃν ἐχθρὸν φιλότητα πρέσχει.
Υπο. περὶ ἐμοῦ τοῦτο τὸ ἔπος, οὐ τλῶ γυναῖκα
Φεύγουσ' ἀπάγων, διότι αὐτὸν ὑπεδέξαμην. Δρα.
Οἰνοβαρὴς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων κραδίην δ' ἐλάφοιο,
Οὔτ' ἐνὶ βουλῇ πολίτης εὐρύθμιος, οὔτ' ἐνὶ δορῇ.
Θερσίτης ἀκεστόμυθος, κακῶν πανάεθλος ὀνοσκῶν,
Μάψ, ἀτὰρ ὁ κατὰ κόσμον ἐειδόμενος βασιλεῦσιν.
Αι. ἐπότνος τοῦ κατάρατα τὰ ἔπη.
Δρα. Πρόσθε λέων, ὄπιθε δὲ λέων, μέσση δὲ χίμαιρα,
Δεινὸν ἀφπνείουσα, τείτε κυνὸς ἀγρίου ὁρμῇ.
Υπο. οἵμοι γυναῖκα, ὃς πέπονθας ὑπὸ κυνῶν τοσούτων; φασὶ δ' αὐτὴν καὶ κύνας ἀπ' αὐτῶν. Ερ. θάῤῥει, Κέρβερόν

FVG. *Non minus ille mihi eſt hoſtis, q̃ ianua Ditis,*
Aurum mente colẽs, verbis contraria ſentit.
MERC. *Nónne igitur Cantharus tibi odio habendus, qui*
Praua gerẽs hoſpes, quãuis ſimularet amicum?
MAR. *De me carmen hoc, cuius vxorem*
Abduxit fugiens, fuerat qui acceptus amicé.
FVG. *Ebrius, atque canis facie, ſed pectore ceruus,*
Conſilio ignauus, ſed lõgè ignauior armis,
Therſites vecors, prauaruḿq optima pica,
Regibus illicitè & fruſtra contendere ſuetus.
DOM. *Iure execrandi carmina hæc.*
FVG. *Antè canis, retroq́ leo, medioq́ chimæra,*
Impetum exhalans grauiter trinicanis acris.
MARIT. *Hei mihi vxor, qualia à tot perpeſſa es canibus? quin ipſam ex ipſis concepiſſe ferunt.* MER. *Confide, Cerberum tibi*

ινα τίξεταί σοι, ἢ Γηρυόνην, tibi quendam aut Geryonem pariet, vt Hercules ille rursus alium habeat laborem. Sed obuiam pergunt, ita vt fores pulsare necesse non sit. DOMI. Teneo te Scarabee? sile iam, age videamus quid tibi pera contineat, lupinos forsitan, vel panis frusta. MER. Minimè per Iouem, verùm zonā auream. HER. Ne mireris. nam sub initium in Græcia se Cynicum esse dicebat, hic autem planè Chrysippeus est: igitur non diu posthac Cleanthem ipsum vidēbit. à barba etenim, cùm tam sceleſtus sit, ſuſpendetur. DOMI. Tu verò, ô scelerate, nónne Doliolum fugitiuus meus exiſtis? certè, non alius. proh risu digna res. quid dehinc haud fiet? & Doliolum quoque philosophatur? ME. Nunquid tertius ille domino caret? DOMI. Minimè: verùm ego dominus ſponte in rem malam ipsum dimiſi. MER. Quamobrem? DOMI. Quoniam teterrimè fœtet, nomine verò

ις ἔχοι ὁ Ηρακλῆς οὗτος αὖ-
ις πόνον· ἀλλὰ καὶ πεσοῖα-
ιν, ὥστε δεῖν λᾶν κόπλαν πλὴν
δραν. Δι. ἔχω σι, ὦ Κάνθα-
ι, νιῶ σιωπᾶς; φίρ', ἴδωμεν ἃ
ινά σοι ἡ πήρα ἔχει, θέρμους
σως, ἢ ἄρτυ τρῦφος. Ηρ. οὔ
ιὰ Δία, ἀλλὰ ζώνην χρυσίον.
Ηρα. μὴ θαυμάσῃς· κωνικὸς
ὴρ ἔφασκεν εἶναι τὸ πρόσθεν
πὶ τῆς Ελλάδος, ἐνταῦθα δὲ
Χρυσίππειος ἀκριβῶς ἔστι. τοι
αροῦν Κλεάνθην ἐκ εἰς μα-
ρὰν αὐτὸν ὄψει μεμισητέα
ὴν ἀπὸ τ πώγωνος, ὅτω μιᾶς
όν. Δι. σὺ δέ, ὦ κακὲ, ὁ Δο-
υθίων, οὐμὸς δραπέτης τυγ-
χάνεις ὢν; ὄμνυέ μοι ἄπιος, ὦ
τᾶν γέλωτος. ἔστα τί ἐκ ἂν γέ-
νοιτο; καὶ Δολυθίων φιλοσο-
φᾷ; Ηρ. ὁ τρίτος δὲ οὗτος
δέσποτος ὑμῖν ἔστιν; Δι.
δαμῶς, ἀλλ' ὁ δεσπότης ἐγὼ
κὼν ἀφίημι αὐτὸν ἀπολωλέ-
ναι. Ηρ. ὅτι τί; Δι. ὅτι δεινῶς
ἀποσάθρων ἔστι, τὸ δ' ὄνομα

Μυρό-

Odori-

Μυρόπνοιον αὐτὸν ἐκαλοῦμεν.
Ερ. Ηρακλῆ ἀλεξίκακε, ἀκούεις; ἔπαιρε πῦρ καὶ βάκτρον· καὶ αὐτὸς ἀπόλαβε τὴν γυναῖκα σύ. Υπο. μηδαμῶς, οὐκ ἂν ἀπολάβοιμι βιβλίον μοι τῶν παλαιῶν ἐνδεκα. Ερ. πῶς βιβλίον; Υπο. ἔστι τι, ὦ γαθὲ, τριπάραν & βιβλίον. Ερ. ἀλλ' ἄλογον, ἐπεὶ μὴ τριφάττης τῶν κωμικῶν εἶ. Ορα σὸν, ὦ Ερμῆ, δικάζειν τὸ μετὰ τοῦτο. Ερ. οὕτω μοι δοκεῖ, ταύτην μὲν, ἵνα μὴ τέρας, μηδὲ πολυκέφαλον τέκῃ, οἴχεσθαι παρὰ τὸν ἄνδρα, ὀπίσω εἰς τὴν Βαβυλῶνα, τὸν δὲ τοῦτον τὸν φαντιάσκον, παραδοθέντι ζῶν διασώσαντα μανθάνειν, ἃ πρὸ τοῦ, τὸν μὲν ἀκριβεστέρας τὰς ξυνωμοσίας τῶν ὀθονῶν, τὸν Λιγυθίωνα, τὸν Μυρόπνουν δὲ αὖθις ἀκριβῶς τὰ μαλακώτερα, μαλάττειν δὲ πρότερον μαστιγωθέντα, ἐπεὶ τὰ γε πρότερον παραδοθῶσι τοῖς μισθωταῖς, ὡς ἀπόλοιτο παραχρῆμα· τὰ πρῶτα, ξυνωθοῦσι ποσίν, καὶ γυναικείᾳ τῇ μίξει, ἔπειτα ἐς τὸ Αἷμον ἀναβιβάσαι

Odoriſpirum appellabamus. MER. *Hercules malorum depulſor, audiſne? dein pera & baculum. Atqui tu vxorem recipe.* MAR. *Minimè, quandoquidem nec ſi mihi libellum ex veteribus in vtero geſtaret, reciperem.* MER. *Quomodo libellum?* MAR. *Aliquid eſt, vir optime, triceps libellus.* MER. *Haud abſurdè. quādoquidem ex Comicis trigaleatus quidam.* HER. *Ad dehinc tuum eſt iudicare.* MER. *Ita mihi videntur, mulierem hanc, ne monſtrum aut multicaput pariat, retrò in Græciam ad virum reuerti debere, & fugitiuulos hos duos dominis reddi, vt diſcant quæ antea: Doliolum quidem ſordidos abluere panniculos, Odoriſpirum autem rurſus veſtimenta reſarcire lacera, malua tamen prius flagellatum. Inde & hunc picatoribus tradi, vt pereat, vulſus primò: inſuper pudenda pice inquinari, poſtea in Hæmum ſublatum*

nudum

βρότα γυμνὸν, ἐπὶ τ' χιόν& πόδας συμπεπιλημμένον τὸν δὲ. Δρα. φεῦ τ κακῶν ὀπο- ῖ, παπαπαιαξ. Δι. τί τοῦτο τραγῳδεῖς τῶν τραγικῶν οὐ λαλόγωνι; ἀλλ' ἀκολούθει παρὰ τοὺς ποιητὰς ἤδη, ἀφαλυσί- δην& πρότερόν γε τὸν λεον- τῆν, ὡς γνωσθῇς ὄν& ὄνον.

nudum, pedibúsque colligatum, in mue deſtitui. SCA. Heu malorum, ah, ah, papæ, eheu. DOM. Quid hoc eſt? tragicas interſeris voces? ſed ad picatores iam ſequere, priùs tamen leonnam exue pellẽ, vt planè aſinus eſſe cognoſcaris.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

à SOCRATEM ab Anyto.] *Socrates Athenienſis philoſophus, Sophronici marmorarij & Phanaretæ obſtetricis filius, ab Athenienſibus in carcerem coniectus eſt, Anyto accuſante, quòd de dijs malè ſentiret, cicutam porrectam hauſit intrepidè, neglecta quam ad patrocinium ſuæ ſalutis obtulerat Lyſias, oratione. Horatius lib. 2:*

Pythagoran: Anytiq; reum doctumq; Platona.

Plura annotauimus in Bis accuſato, in Paraſito, & in Ioue cõfutato. b Eumolpus quidem.] *Vir fuit Athenienſis, quem Suidas Muſæi poëtæ filiũ fuiſſe ſcribit, & Pythiorum victorẽ: alij Orphei vatis filium fuiſſe credunt, qui etiam ipſo Homero verſificator fuit antiquior. Ab hoc, Eumolpidas, ſacrorum quorundam præſides dictos volunt, quorum Aeſchines in oratione cõtra Cteſiphontem meminit. Diodorus verò Eumolpum Aegyptij generis regẽ fuiſſe tradit, ab eoq; ſacerdotes ſiue magiſtratus Athenienſes dictos.* c Sophiſtarum genus.] *Iſocrates in oratione contra Sophiſtas, in eos inuehitur, vt qui præter quæſtum nihil propoſitum habeant, & inanium pollicitationũ magnificentia, non tantũ impoſturam faciant, ſed & ſemet ipſas, & omnes eruditos in ſummum odium & inuidiam adducant. Idẽ in definitionibus Platonicis quæ Xenocrati tribuuntur, ſatis odioſè deſcribuntur atq; perſtringũtur.* d Antiſthenes.] *Hic quotidie quadraginta ſtadijs emenſis, audiebat Socratem, à quo tolerantiam addiſcens, tranquillitatiq; illius imitator effectus,*

effectus, Cynicam prior sectam inchoauit, princepsq; in ea fuit, author Laërtius. e Crates.] *Thebanus, Diogenis Cynici discipulus fuit,* θυραπατούμενος *appellatus, quòd in omnem ingrederetur domum, & hominum vitia corriperet. Laërtius, Plutarch. & Erasmus in Apophtheg.* f Ancoram nouissimā.] Id est, *extremam soluere. Adagium est apud Græcos celebratum, cùm significant rem eò redactam esse, vt extremo conatu, summisq; viribus sit enitendum, & ad suprema confugiendum consilia, quibus si nihil proficiatur, iam nihil reliquum esse videatur, vnde subsidium sperare possis. translatum à nautis, qui maximam & validissimam ancoram sacram vocant, eamque tum demum mittunt, cùm extremo laborant discrimine. Eo vsus est Lucianus rursum in Ioue Tragœdo, & in Apologia.*

g Augiæ.] *Augeias cùm immensa multitudine boum abundaret, fimo bubulo Elidis partem ita compleuit, vt illi bona pars regni iaceret inculta. Cum Hercule igitur pactus est, promissa mercede, vt egesto fimo terram purgaret, ratus id fore infiniti laboris opus. Hercules verò arte vsus, Minyei fluminis cursum auertit, & in loca fimo oppressa deriuauit. Ita breui temporis spacio, absque maiori labore à flumine fimus ablutus, & terra repurgata est. Augeias verò Herculi poscenti mercedem, denegauit, dictitans eum Eristei mandato id fecisse, neq; magno labore, sed arte effecisse. Phileus filiorum Augeiæ natu maximus arbiter acceptus, intra patrem & Herculem, pronunciauit pro Hercule contra patrem. Lucianus quoq; hac prouerbiali allegoria vsus est in Pseudomante.*

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ Η Λαπίθαι.

[a] SYMPOSIVM vel [b] Lapithæ.

Erasmo Roterodamo interprete.

ERASMVS ROTERODAMVS
Ioanni Eutychio suo S. D.

QVanquam hic Luciani Dialogus, Eutychi doctissime, plurimum habeat artis, ob decorum mirè seruatum in personis tam multis, tamq;

amq; diuersis: tamen aliquot reperi, qui dicerent
sse premendum, quòd liberiùs ac velut ἐξ ἀμάξης
hilosophorũ omne genus laceret. At mihi vide-
ur iustius esse stomachandũ in huius seculi mo-
es, quo videmus Philosophorum scholas multò
ueriliùs etiam inter se dissidere, nec minùs atro-
iter digladiari: tum inter sectarum professores
ihilominus cruentam esse pugnam, quàm in eo
onuiuio fuisse Lucianus vel finxit, vel retulit.
Iunc igitur libellum, quoniam fortè ἀδιόρατον re-
eri, & tamen patrono videbatur egere, Eutychio
licaui. Bene vale, καὶ εὐτύχει, vt planè sis quod dice-
is. Antuerpiæ. *An. M. D. XVII.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a SYMPOSIVM.] *Conuiuium.* *b* Lapithæ.] *Thessaliæ populi, sic fortasse dicti à Deucalionis & Pyrrhæ iactis lapidibus. Vnde versiculus:*

Ex δὲ λίθων ἐβάλοντο βροτοὶ, λαοὶ δὲ κεκλήατο. λᾶας, *idem quod* λίθος. *hinc* λαὸς, *& fortasse* λαπίθης. *Virg. 1. Georg.*

Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem,
Vnde homines nati, durum genus, &c.

Narratur ab Ouid. lib. 12. Metamorph. quomodo à Lapithis Centauri in nuptijs Pirrhoi & Hippodames profligati fuerunt, cùm vino & libidine iam æstuantes, sponsæ & reliquis fœminis vim inferre aggressi essent.

ARGVMENTVM.

RVrsum depingit hoc loco philosophorum mores & vitam Lucianus, atq; illa quę fictionibus ac fabulis alibi de illis prodidit, hîc nunc exemplo ac vero facto comprobat. Est autem historica quædã rei gestæ cõmemoratio, qua exponit quo pacto diuersarum

professionũ Philosophi aliquot ab Aristæneto ad cœnam & nuptiarũ celebritatem vocati, posteaquã vino incaluêre, pro secta quisq; sua inter se verbis primò cõtenderint, mox ad manus quoque & ad vulnera venerint, adeò vt saucij nonnulli ac mutilati è conuiuio asportati fuerint. Rursum autẽ ex alijs qui vocati nõ fuerant, quidã, Cynicus videlicet, vltrò veniens, cœnantibus sese obtruserit, magna præsentiæ & impudẽtiæ suæ importunitate. Alius autem per literas cum Aristæneto expostulârit, tragicè propè in eum debacchatus, quòd præteritus, & cæteris postpositus fuisset. Ex quo appareret, istud hominũ genus quod foris virtutẽ prædicat, & specie religionis in se vulgi ora cõuertit, non hac ætate modò (quod tamen grauissimũ est, quãdo & Christianos esse pleriq; se, & alijs vitæ morumq; honestate præire profitẽtur) verùm olim quoq; eadem simulatione, ijsdemq; præstigijs vsos esse, nimirum vt verbis quidem multa de pietate, de officijs, de veta viuendi ratione iactitarent: cæterùm ipsa re à virtute ac honestate omni quàm lõgissimè abessent, libidini & gulæ & cæteris vitijs turpissimè interim seruientes. Et accidere sanè etiam nostra memoria huiusmodi quædã exempla, conuiuio huic nõ admodum dissimilia, vbi isti in speciem grauissimi sanctissimiq; viri, vel pro leuibus ac puerilibus rebus acerbissimas sæpenumerò contentiones incepêre: vel quia alicubi præteriti atq; neglecti viderentur, grauissima odia exercuêre: vt non immeritò quispiã crediderit, philosophos illos veteres (quanquã indignũ adeò est, tam venerabile nomen in tam turpibus personis hærere) in nostræ ætatis homines quosdã immigrâsse. Vsque adeò nostri isti à veteribus nõ alia re, quàm solo titulo ac nomine differũt. Cæterùm tametsi hæc omnia cum summa festiuitate pro ingenio atq; facundia sua tractet Lucianus: interim tamen seriò quoq; ac verè idem monet, nullum esse precium operæ, si quis disciplinas omnes perdiscat, nisi simul & vitæ rationes ad id quod optimum est, accommodet, cosq; illos qui solos

libros

ὁ Φίλων πρῶτος, οὕτως τὸν λόγον ἐποιήσατο. Ὡς ἦν δεινὸν, εἰ παύσομαι, ἃ πάλαι πρὸ ἡμέρας, ὡς περὶ καλῶν ποιούμεθα πρὸ σπουδῆς, αὐτῶν δὴ τῶν κάλλους ἕνεκα ποιησόμεθα λόγον, ἀπ' οὗτω καθεδούμεθα σιγῇ, ὥσπερ ἀλλοιότατα μὴ λάθωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, ὑπὲρ οὗ σπουδάσομεν ἢ ἅπαντα χρόνον ἀφόντων. καί τοι πῶς τις ἂν χρήσαιτο πρεπόντως τοῖς λόγοις, εἰ περὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων σπουδάζων, περὶ ἧττον καλοῦ σιγῴη ἢ ὄντως; ἢ πῶς ἂν τὸ ἐν λόγοις καλὸν σώφροσι καλλιον μᾶλλον, ἢ πάντα τἄλλα πράγματας, περὶ αὐτοῦ λέγειν τὸ τέλος ἡμᾶς τῶν ἑκάστοτε πραττομένων; ἀλλ' ἵνα μὴ λόξω λέγειν μὴ ὡς χρὴ περὶ τοῦ δεικνύναι ἀδύνατον· ἐπεὶ δ' μηδὲν ἐπίσταμαι περὶ αὐτοῦ, ὡς οἷόν τε, βραχέα περὶ τούτου πειράσομαι διιέναι. κάλλους γὰρ δὴ πάντες μὲν ἐπι-

Philo primus exorsus, in hūc modum verba fecit. Quàm indignum verò est, quòd cùm quæcunque in singulos dies agimus, pro ijs tanquam pulchris omnem operam ac diligentiam adhibeamus, de ipso pulchro sermonem nullum habemus, sed perinde silentes ac taciti sedemus, ac si metuamus, ne fortè verbum aliquod de ijs pro quibus tantopere laboramus, vel imprudentibus nobis excidat? Atqui vbinam aliquis oratione meritò vtatur, si, cùm de illis quæ nullius precij sunt, tantopere contendat, de eo quod omnium pulcherrimum est, planè conticescat? Aut quomodo id quod in verbis pulchrum est, rectius quàm omnia alia seruari poterit, si de ipso fine eorum quæ quotidie aguntur, dicere prætermittamus? Verùm ne videar monere quidem scire quo pacto oporteat nos circa pulchrum affectos esse, dicere autem ipse de eò nihil posse: quo ad fieri potest, de eo breuiter commemorare conabor. Nam pulchritudine omnes quidem

cupierunt

ἐπιθυμησάντων τυχεῖν, πάνυ δὲ ὀλίγοι τινές. οἱ δὲ ταύτης ἔτυχον τῆς ἀωρίας, δόξαι μονίσαι πάντων εὐδοξάν γενέσθαι, καὶ παρὰ θεῶν, καὶ παρὰ ἀνθρώπων τὰ ἐπικότα τετιμημένοι. τεκμήριον δέ, τῶν μὲν θεῶν ἐξ ἡρώων γενομένων, Ἡρακλῆς τε ὅδε ὁ Διὸς, καὶ Διόσκουροι, καὶ Ἑλένη· ὧν ὁ μὲν, ἀνδρείας ἕνεκα ταύτης λέγεται τυχεῖν τῆς τιμῆς, Ἑλένη δὲ, διὰ κάλλος χάριν, ἀντὶ τοῦ μεταβαλεῖν εἰς θεὰν, καὶ τοῖς Διοσκούροις ἀδελφὴ γενέσθαι, πρὶν ἀντὶ εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν, τοῖς ἀπὸ μιᾶς σωζομένοις· ἀπὸ μὲν ὅς τις ἀνθρώπων ἄξιος θεοῖς ὁμιλεῖν, ἀνέστιν εὑρεῖν, πλὴν ὅτι μετέσχηκασι κάλλους. Πέλοψ τε γοῦν ἐκεῖνος χάριν θεοῖς ἀμβροσίας μετέσχε, καὶ Γανυμήδης ὁ τοῦ Δαρδάνου οὕτω μετὰ κράτησε λέγεται τοῦ πάντων

cupierunt potiri: pauci autem omnino fuerunt qui illam assecuti fuissent. Qui verò donum hoc fortè adepti fuêre, illi omnium beatissimi fuisse visi sunt, & apud deos & apud homines merito honore affecti. Atque huius rei argumentum tale fuerit. [d] Nam eorum qui ex Heroibus in numerum deorum recepti sunt, Hercules, & Dioscuri, [e] & Helena, Iouis filij sunt: quorum ille quidem fortitudinis causa honorem hunc consecutus esse dicitur, Helena autem pulchritudinis gratia cùm se ipsam in deam mutâsset, tum fratribus Dioscuris causa fuisse vt ante ipsam in cœlum ascenderent, ijs quibus cæteri vita functi sub terra obnoxij premuntur, exoluti. Quanquam etiam quicunq; hominum dignus vnquam iudicatus fuit, vt deorum consuetudine frueretur, alium reperire non licet, quàm qui pulchritudinis particeps fuisset. Nam & Pelops eadem hac causa cum dijs Ambrosiæ particeps fuit, & Ganymedes ille Dardani hoc pacto miscuisse nectar dicitur omnium

των ἁπάντων θεῶν, ὥς τ' αὐτὸν οὐκ ἀνασχέσθαι συμμετασχεῖν αὐτῷ τινὰ τῶν ἄλλων θεῶν τῆς θήρας τῆς παιδικῆς· ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ πρέπειν ἀγώμονα εἶναι, εἰς Γάργαρον καταπλάντα τῆς Ἴδης, ἀναγαγεῖν ἐκεῖσε τὰ παιδικά, ὅπερ σωέσεσθαι τὸν ἅπαντα ἐμοὶ χρόνον. Τοσαύτην δ' ἐπιμέλειαν ἀεὶ ποιήσασθαι τῶν καλῶν, ὡς τ' οὐ μόνον αὐτὸς ἀξιῶσαι τῶν οὐρανίων, ἀναγαγὼν ἐκεῖσε, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐπὶ γῆς ὅ, τι τύχοι καταβάς, σωλῶν ἐκάστοτε τοῖς ἐρωμένοις. καὶ τοῦτο μὲν γὰρ κύκνῳ ὁμοιωθεὶς, σωνῆν τῇ Λήδᾳ· τοῦτο δ' ἐν ἄλλῳ ταύρῳ γενόμενος Εὐρώπην ἁρπάσαι, ἀναθεὶς δ' Ἀμφιτρύωνι, γενέσθαι τὸν Ἡρακλέα. καὶ πολλά τις ἂν ἔχοι λέγειν τοιαύτα τοῦ Διὸς, ὅπως ἂν, οἷς ἐπεθύμει, συγγένοιτο μηχανώμενον. τὸ δὲ μέγιστον, καὶ οἷον ἄν τις θαυμάσαι· ἐμίγη γὰρ τοῖς θεοῖς

nium ſummo deorum, quare etiam ipſum neque vllum deorum cæterorum alium voluiſſe ſecum venationis huius, amorum ſuorum videlicet participem fieri: ſed ſibi ſoli decorum arbitrari eſſe in Gargarum Idæ deuolare, atque inde amaſium ſuum in eum locum vbi per omne tempus cum illo conſuetudinem haberet, ſubducere. Tantam autem curam ille ſemper habuit pulchrorum, vt non ſolùm cœlo dignatus eos fuerit, illuc ipſos attollens: ſed & ipſe in terram, quocunq; fors tulit, deſcenderit, vt cum amatis ſingulis locis congrederetur. Ac eam quidem ob rem in cygnum conuerſus, cum Leda rem habuit: ob eandem autem & tauri facie Europam rapuit. Aſsimilatus autem f Amphitryoni, procreauit Herculem. multaq; alia Iouis vaframen, quæ enumerare quiſpiam poſsit, quibus ille eorum congreſſu quorum deſiderio tenebatur, potitus fuit. Quod autem maximum eſt, quodq; meritò aliquis admirari poſsit, cùm ille

cum

θᾶσ (οὐ γὰρ ἀνθρώπων γέ τισι, πλὴν ἃ μὴ ζῆς καλοῖς) ἐν δὲ τούτοις λυμηνόμενον, ὅτε ποτοίητο βόρβορος ὢν κοινῇ τῶν Ἑλλήνων ποιητῇ, καὶ θρασὺς καὶ καταπληκτικὸς, ὅς τ' ἐν μὲν τῇ πρώτῃ λυμηνοείας πλὴν Ἥραν, καί τοι πρότερον πάντ' ἀνθρώπων ἐπιτιμᾶν αὐτῷ, ὅμως δ' αὖ πλὴν οὕτω ἐφόβησεν, ὥς τ' ἄρκεσαι αὐτῇ τὸ μηδὲν παθεῖν, ἀλλὰ μίσχειν λόγων εἶναι πλὴν ὀργὴν τοῦ Διός. τὸν δ' ἄπαντας θεοὺς ἐν τῇ ὑστέρᾳ πάλιν οὐχ ἧττον καταίσησι φοβηθῆναι, γῆν ἀνασπάσαι αὐτοῖς ἀνθρώποις καὶ θάλασσαν ἀπειλοῦσ. μίαν δ' σωίσασθαι καλοῖς, οὕτω γίγνεται πρᾶος καὶ ἥμερος, πλὴν τοῖς πᾶσιν ἐπιπλήξ, ὥς τι πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις, καὶ αὐτὸ τὸ Ζεὺς εἶναι. καταλιπὼν, ὅπως μὴ φαίνοιτο τοῖς παλλικοῖς ἀηδὴς, ἑτέρου τινὸς ὑποκρίνεται σχῆμα, καὶ τοῦτον καλόν, καὶ οἷον

cum dijs verſaretur (neque enim hominum vlli conuerſatus eſt præterquam pulchris) quoties inter illos concionem aliquam habuit, ita auſterus fingitur à communi Græcorum poëta, vt in priore quidem oratione Iunonem, quanquam illa antea vbique increpare ipſum conſueuiſſet, nihilo minus tamen ita perterruerit, vt ea ſatis habuerit quòd nihil grauius pateretur, & intra verba duntaxat, illius ira conſiſteret. In poſteriore autem deos vniuerſos non minore terrore affecerit, terram vnà cum ipſis hominibus, & mare quoque in ſublime ſublaturum ſeſe minatus. At verò quoties cum pulchris congreſſurus eſſet, ita manſuetus & blandus, omnibúsque æquabilis redditur, vt apud omnes alios etiam ipſo eo quòd Iupiter eſt depoſito, videlicet ne moleſtus aut ingratus cuiquam eorum quos amat, videatur, alienam aliquam formam induit, eámque pulcherrimam, & quæ

οἷον τὸν ὁρῶντα προσαγαγέσθαι· ἴσως δὲ καὶ ἄλλους καὶ τιμῆς παρέχεται τῷ καλῷ. καὶ οὐχ ὁ μὲν Ζεὺς οὕτω μόνος ἑάλω τῆς καλλους, τῶν δ' ἄλλων οὐδεὶς θεῶν, ἵνα μᾶλλον ἴσχυν λοιπὴ ταῦτα κατηγορεῖαν Διὸς οὐχ ὑπὲρ τοῦ καλλους ἀρῆσθαι, ἀλλ' εἴ τις ἀκριβῶς ἐπιλήσεται σκοπεῖν, πάντας ἂν ἐν ἴσῃ θεοὺς ταυτὰ πεπονθότας εὑ, οἷον τὸν μὲν Ποσειδῶ, τὸν Πέλοπος ἁρπασθέντα, Υακίνθου δὲ, τὸν Ἀπόλλω, τὸν Ερμῆν ὄντ, τοῦ Κάδμου. καὶ θεαὶ δ' ἐλάττους οὐκ αἰσχύνονται φανόμεναι τοῦτον, ἀλλ' ὥσπερ φιλοτιμίαν αὐτοῖς ἴσχειν λοιπὴ, τὸ καλὸν συγγνωμονικῶς καλῷ διηγεῖσθαι, παρισχεῖσθαι τοῖς ἀνθρώποις. ἔτι δὲ, τοῦ μὲν ἄλλων ἁπάντων ἴσασι πεισάτις ὄντα, οὐχ ἑτέρᾳ ἀμφισβητεῖ, περὶ ὧν ἄρχει, ἀλλ' Ἀθηνᾶ μὲν, τοῖς ἀνθρώποις ἡγεμονίη τὰ ἐς πολέμους, πρὸς Ἀρτε-

& qua maximè putat intuentem allici posse. Tantum reuerentiæ & honoris pulchritudini exhibet. Ac non solùm ipse quidem Iupiter ita pulchritudine captus est, cæterorum autem deorum nullus, vt hæc magis accusationem Iouis contimere videantur, quàm pro pulchritudine dicta esse. Sed si quis diligenter considerare volet, omnibus etiam dijs eadem hæc accidisse videlicet, deprehendet: vt verbi gratia Neptunum Pelopis forma captum fuisse, Hyacinthi autem Apollinem, & Mercurium & Cadmi. Prætereà neque deas pudet pulchritudine superatas ac captas videri, sed hanc quasi æmulationem quandam honoris inter se habent: puta eam quæ cum pulchro aliquo rem habuit, narrare posse, hominibus

seſe dediſſe. Iam verò cùm ex cæteris ommbus vnaquæque ſuæ ac certæ rei præſes ſit, de ijs quibus quæque præeſt, nulla cum altera contendit, [h] ſed Minerua quidem cum hominibus ad bella gerenda præit, haudquaquam [i] cum Diana

Αρτεμιν οὐ διαμάχεται περὶ θήρας, ὡς δ' αὔτως Αθηνᾷ μαχέσυη παραχωρεῖ τῶν πολεμικῶν τῶν δ' γαμων Ηρ' Αφροδίτη, οὐδ' αὐτὴ πρὸς αὐτῆς ἐνοχλουμένη, περὶ ὧν ἐπιφορώσα. ἑκάστη δ' ἑαυτὴ καλλος ζοῦτον φρονεῖ, καὶ παλαιας ὑπερβάλλεσθαι δοκεῖ, ὥς τι καὶ ἡ Ερις αὐτὰς ἀπόλλυσιν ἐκποδὼν ποιῆσαι βουλομένη, οὐδὲν ἄλλο προὔβαλεν αὐταῖς, ἢ καλλος, οὕτως οἰομένη ῥᾳδίως, ὅπερ ἤθελε, διατάξειν, ὀρθῶς καὶ φρονίμως ζοῦτο λογιζομένη. σκέψασθε δ' ἄρ τις ἐντεῦθεν πλὴν τὰ μάλλον πιθανοῦσαν· ὡς γὰρ ἐλάβοντο τοῦ μήλου, καὶ πλὴν ἐπιγραφὴν ἀνελέξαντο, ἑκάστης αὐτῶν ὑπολαβούσης εἶναι τὸ μῆλον. μηδεμιᾶς δὲ ζημιώσης πλὴν ψῆφον καθ' αὑτῆς ἐνεγκεῖν, ὡς ἄρ' αἰσχροτέρα τῆς ἑτέρας ἕκη πλὴν ὄψιν, ἀνέρχονται παρὰ τὴν μὲν πατέρα, τὴν δ' ἀδελφόν τε καὶ σώοικον, Δία, ἐπιτρέψασα πλὴν δίκλην αὐτῷ. ἐκχωρ

de venatione pugnat: eodémque modo & illa Mineruæ de re militari concedit: de nuptijs autem Iunō Veneri, neq; hæc illi molesta est ob ea quibus illa præsidet. At contrà singulæ ob formam & pulchritudinem eò vsque animo efferuntur, omnesque alias excellere sibi videntur, vt cum [k] *Eris ipsas inter se mutuò discordes & inimicas reddere vellet, nihil aliud obiecerit illis, quàm pulchritudinem: rata hoc pacto facillimè sese hoc quod volebat, effecturam esse. Ac prudenter sanè hoc excogitauit: animaduerterit́q; vel inde aliquis pulchritudinis potestatem. Nam postquam pomum illud accepissent, & inscriptionem legissent, cùm vnaquæque sum illud esse censeret, neque tamen vlla contra seipsam suffragium ferre sustineret, quòd videlicet altera turpior esset, ad Iouem, harum quidem patrem, illius autem etiam fratrem & coniugem, deueniunt, litem hanc illi disceptandam committentes. Ille*

autem

χων ἢ καὶ αὐτὸς, ἤ τίς ὅτιν, ἀποφαίνεσθαι, καλλίστη, καὶ πολλῶν ἀνθρώπων ὄντων, καὶ σοφῶν καὶ φρονίμων, ἵν τι Ἑλλὰς καὶ τῇ βαρβάρῳ, ὅθ' ἱππρέπεια τῶν μείσιν Πάριδι τῷ Πριάμου, ψῆφον ἐναρχῶν καθαρὰν ἐξοίσων, ὅτι καὶ φρονήσεως καὶ σοφίας καὶ ῥώμης ὑπερέχει τὸ καλὸν. τοσαύτῳ δ' ἐπιμηλὰν ἀεὶ ποιεῖσθαι καὶ σπουδὴν ἀκέραν ἔναι καλαί, ὥστε καὶ τὸν ἡρώων τὶ μορφὴν, καὶ θεῶν ποιητὰ ἂν ἄποθεν ποθῶν, ἤ παρὰ τῶν μάλιστα πιθανῶν ὀνομάζεσθαι. κάλλιον ἂν ἔν ἀκοῦσαι, καλλίλογος ἡ Ἥρα, ἤ πρόσθε θεὰ, θυγάτηρ μεγάλης Κρόνου· Ἀθηνᾶ δ' ἂν ἂν βουλθείη Τριτογένεια κὲ τῶν γλαυκῶπις καλεῖσθαι. Ἀφροδίτη τὶ τιμᾶσαι τ' ἂν τῶν παντὸς, καλεῖσθαι χρυσῆ. ἅπερ ἅπαντ' ἐς κάλλος τείνει. καί τοι ταῦτα οὐ μόνον ἀπό-

autem cùm & per se ipse sententiam, quænam earum pulcherrima foret, proferre posset, & multi fortes & sapientes & prudentes cùm in Græcia tum inter Barbaros essent, quibus eadem causa delegari potuisset: iudicium hoc Paridi Priami filio commisit, manifestum adeò calculum ferens, quòd & prudentiam & sapientiam & vires pulchritudo anteiret. Porrò tanto semper studio tantáque cura formosæ audire expetiuêre, vt & heroum pariter & deorum [l] exornatori poëtæ persuaserint, non aliunde magis quàm à pulchritudine sese appellare. Proinde libentiùs audierit [m] λευκώλενον (hoc est, niueis lacertis) Iuno, quàm πρόσθε θεὰ, & θυγατὴρ μεγάλης Κρόνου (hoc est, antiqua dea, & Saturni magni filia) [n] Minerua autem neq; Tritogenia, quàm Glaucopis vocari malluerit. Et Venus vniuerso etiam redemerit nominari χρυσῆ, hoc est, aurea. Quæ cuncta ad pulchritudinem pertinent. Atqui hæc non modò argumento atq; indicio sunt,

ἀπόδειξιν ἴσχει, πῶς οἱ κρείττους ἔχουσι πρὸς τοῦτο, ἀπὸ τῆς μαρτυρίας δῆλον ἀψευδής, ἣ κρείττονα εἶναι πάντων τῶν ἄλλων. ἥκιστα Ἀθηνᾶ μὴ ἀνδρείας ἅμα καὶ φρονήσεως πείσῃ ἐπιψηφίζεσθαι· ἀμφοτέρων γὰρ πείσεται τούτων. Ἥρα δ' ἁπάσης ἀρχῆς καὶ δυναστείας αἰρετώτερον ἀφφαίνει, σωηγορεῖντ' αὐτῇ καὶ ἡ Δία παραλαβοῦσα. εἰ τοίνυν ἔτω μὴ θεῖον καὶ σεμνὸν τὸ κάλλος δεῖν, ἔτω δὴ πρισπέσθασον τοῖς θεοῖς, πῶς ἂν ἡμῖν ἔχοι καλῶς, μὴ καὶ αὐτὸς μιμεμψάσθαι τοὺς θεούς, ἱερόν τι καὶ λόγῳ πᾶν ὅ, τι ἔχομεν, σωφρονεῖσθαι τῷ κάλλει; ταῦτα μὲν ὁ Φίλων περὶ τοῦ κάλλους εἶπεν, ἐπιθεὶς τοῦτο τῇ τιλωνῇ, ὡς καὶ πλέονα ἂν τούτων εἰρῆκει, εἰ μὴ τὸ μακρολογεῖν ἐπίσατο τῶν ἀλλοκίμων ἐν συμποσίῳ. μετ' ἐκεῖνον δ' ὧδε Ἀρίστιππος ἤρξατο τῶν λόγων ποιεῖσθαι πρότερον πραχληθεὶς ὑπ' Ἀν-

quo pacto illi qui potiores habentur, circa hanc se gerant: sed & testimoniũ perhibent neutiquam falsum, quòd cæteris omnibus præstantior eadem sit. Proinde Minerua quidem fortitudine pariter & prudentia præstare illam suffragatur: vtrique enim harum præsidet ipsa. Iuno autẽ vniuersa dominatione atq; potentia expetendam magis esse, sententia sua declarat, in partem etiam Ioue tanquam patrono aduocato. Quòd si igitur diuina adeò res & veneranda pulchritudo est, deinde & dijs tantopere ambita & affectata: quomodo tandem honestum nobis fuerit, si non & ipsi deos imitantes, cùm rebus tum verbis, quibuscunq; modis potemus, pulchritudini patrocinemur? Atq; hæc quidem Philo de pulchritudine perorauit, hoc quoq; ad finẽ addens, quòd etiam plura hic dicturus fuisset, nisi sciret verbositatem in conuiuijs longiorem improbari. Cæterùm post illũ statim Aristippus verba facere cœpit, multis antea ab Andro-

βουλόμενος· ἐγὼ γὰρ ἐβούλετο λέγειν, ὁ μετὰ Φίλωνα ἀναβήσομαι καὶ ἐνδοιαζόμενος ἐνταῦθα· Πολλοὶ πολλάκις ἄνθρωποι τὸ περὶ τῶν βελτίστων, καὶ ἡμῖν συμφερόντων ἀφέντες λέγειν, ἐφ' ἑτέρας τινὰς ὥρμησαν ἀποδείξεις, ἀφ' ὧν αὐτοῖς μὴ δοκεῖν δόξαν περάνειν, τοῖς δ' ἀκροατὰς τοὺς λόγους ἐπιτηδείους ποιεῖσθαι, καὶ διαπλήθουσιν· οἱ μὲν περὶ τῶν ἐξόντων ἐπὶ πᾶσιν ἀναγκαίοις, οἱ δὲ διαφέροντα τὰ ἐκ ὄντα, ἑτέροις δέ, περὶ τῶν ἀδήλων ἀναγκαίως λογοποιοῦντες, ὃς ἐγὼ τούτων πάντα καταλιπόντας, ὅπως τὸ βέλτιστον τύχωσιν ἐσόμενα, σκοπεῖν. ὃς νῦν ἐγὼ περὶ τῶν ὄντων ἐμὲ ὑγιὲς ἐγνωκέναι νομίζων, ἅπασι δέ, καὶ τὸ τοῦ ἀγνοίας τῶν βελτίστων καταγορεῦσαι τοῖς αὐτοῖς πεπτωκόσιν, τὸν αὐτὸν λόγον ἀκριβέστατον, καὶ κάλλιστον

drocle inuitatus. Neque enim volebat primò, veritus proximo post Philonē loco dicere. Exorsus autē inde est: Multi sæpe homines (inquit) omittentes de rebus optimis & nobis conducentibus dicere, ad alia nescio quæ argumenta abripi consueuêre, ex quibus sibi quidem famam comparaturos se putant, auditores autem verbis nihil conferentibus obtundunt. Ac dicere solent alij quidem de ijsdem rebus inter se verbis contendentes: alij autem ea quæ non existunt, commemorantes, alij etiam de ijs de quibus minimè necesse est, verba facientes. Quos sanè decebat omnibus hisce relictis, quo pacto conducibile aliquid dicere fortè possint, apud animum cogitare. Hos igitur quando nunc ego de ijs quæ existunt, nihil sani cognouisse existimo, & alioqui autem etiam aliorum ignorantiam de rebus optimis, reprehendentem, in eadem vitia incurrere, omnino stultitiæ cuiusdam esse puto: idem argumentum orationis vtilissimum atque pulcherrimum

εἰω τοῖς ἀκούσιν ὑπόθεσιν ποιήσομαι τῶν λόγων, καὶ ἴσμεν πᾶς, ὁπόσον ἄν, φαίην ἐγώ, κάλλιστ' ἄν ἔχοιμι ἀκούειν ἐγκωμίου. ἐὰν μὲν οὖν τινα καὶ ἑτέρους τοὺς λόγους ἐποιούμεθα νῦν, ἀλλὰ μὴ περὶ κάλλους, ἱκανῶς ἂν ἡμῖν ἀκούσασιν ἑνὸς ἀνόντος, ἀπηλλάχθαι περὶ αὐτοῦ· τοῦδε δὲ ἅρα τοσαύτην ἀφθονίαν πρίχεται τοῖς βουλομένοις ἅπαντα περὶ τούτου λόγων, ὥστ' οὐκ, ἃ μὴ κατ' ἀξίαν τις ἐφικοιτο τῷ λόγῳ, νομίζειν ἀνυσχέρ, ἀπ' ἐκείνου πρὸς πάντας ἄλλους ἐγκώμιόν τι διαπεπραγμένος συμβαλέσθαι πρὸς τοὺς ἐπαίνους ἀμείνονος, οἴεσθαι παρεῖναι τύχης. τὸ γὰρ ὅτῳ μὴ πεφανῶς ὑπὸ τῶν ἐμπρόσθεν τετιμημένου, ὅμως δὲ τοῖς ἀνθρώποις θέαν καὶ περιποιήσασθαι, πᾶσι δὲ τοῖς ὅσοις οἰκεότατον κόσμον, καὶ οἷς μὲν ἂν πάρῃ, παρὰ πάντων σπουδαζομένων, ὧν δ' ἀφίσται, μισουμένων, καὶ οὐδὲ πρὸς-

auditoribus proponã, quòdque omnis quicunque etiam fuerit, fatebitur scio, dignissimum esse quod pulcherrimum quoque vocetur. Quòd si igitur de alia aliqua re verba faceremus, & non de pulchritudine, satis fuisset vnum aliquem dicentem audîsse, & exinde argumento eo relicto ad alia transîsse: nunc autem præsens hoc tãtam dicendi copiam præbet ijs qui de eo orationem instituunt, vt haudquaquam si quis pro dignitate ipsum nõ tractârit, ob id infeliciter sibi succesisse rem arbitrarĩ debeat: sed si post multos alios nonnihil ad priores laudes etiam ipse conferre potuerit, benigniorem fortunam experiri putetur. Nam quod manifestè adeò à superioribus in honore habitum semper est, ab hominibus autem ita pro re diuina & operæ precio digna existimatum, omnibusq; quicunque viuunt, peculiare ornamentum existit: prætereà & eos quibus adest, ab omnibus amari & coli, illos autem quibus abest, odio haberi, neque dignos

πόσβλεπαν ἀξιεμφῶν, τίς ἂν ἂν τοσοῦτον λόγων μετοχῆς, ὥς τ' ἐπαινέσαι πρὸς ἀξίαν ἀρκέσαι; οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδή περ οὕτω πολλῶν αὐτῷ δεῖ τῶν ἐπαινούντων, ὥς τι μόλις ἂν τῆς ἀξίας τυχεῖν, εὐλόγως ἀπαικὸς, καὶ ἡμᾶς ἐγχειρεῖν τι λέγειν περὶ αὐτῆ, μέλλοντάς γε μετὰ Φίλωνα ποιεῖσθαι τὸς λόγους. οὕτω δὴ σεμνότατόν καὶ θειότατόν ἐστιν ἅπαν, ὅσα τοὶ καλὸς τετιμήκασι, παραλείπω· ἀλλ' οἷς ἐν δὶς ἄνω χρόνοις, ἐκ Διὸς Ελένη γενομένη οὕτως ἐθαυμάσθη παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, ὥστ' ἔτι ἀλιπίας ὄσας ἐντὸς, μετά τινα χρείαν ἐν Πελοποννήσῳ γενόμενος ὁ Θησεὺς, οὕτω τ' ὥρας ἰδὼν ἠγάσθη, ὥς' οὔσης αὐτῷ βασιλείας ἀσφαλεστάτης, καὶ δόξης ἐκ τῆς τυχέσης, ὅμως οὐκ ἤνεγκε βιωτὸν αὐτῷ,

gnos adeò quos aspicias, videri facit: quisnam dicendi facultate præditus tanta fuerit, vt id pro eo ac dignum est, laudare sufficiat? Veruntamen quoniam ita multis ipsi opus est laudatoribus, vt vix vnquam pro dignitate tractari queat, nihil alienum aut indecorum fuerit etiam nos aliquid de eo dicere conari, quanquam verentes nonnihil verba facere post Philonem. Adeò autem omnium quæ sunt, veneratione dignissima, maximéque diuina res pulchritudo est, vt etiam si omittamus dicere quibus honoribus Dij pulchros affecêre: superioribus certè temporibus illis Helena ex Ioue nata, in tanta apud omnes homines admiratione fuit, vt cùm adhuc intra ætatem esset, Theseus ob aliam quandam rem in Peloponnesum profectus, conspecta illius forma, in tantam admirationem ipsius venerit, vt cùm & regnum haberet maximè tutum, & gloria excelleret, nequaquam vulgari, nihilominus tamen putârit sibi vitam vitalem, vt

αὐτῷ, ταύτης ἐστερημένῳ, παρελθεῖν δὲ πάντας εὐδαιμονίᾳ, ἐὰν ταύτῃ αὐτῷ γένοιτο συνοικεῖν. οὕτω δὲ διανοηθεὶς, τὸ μὲν παρὰ τοῦ πατρὸς λαβεῖν ἀπεπόνει· μὴ γὰρ ἂν αὐτῇ αὐτὸν ἐκδόναι μήπω ἥλικίας ἐμμελοῦς, τῷ δ' ἀρχῷ ὑπερφρονήσας ἐκείνου, καὶ παιδὸς, ὀλιγωρήσας δὲ καὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πάντων δυνατῶν, λοιπὸν αὐτῷ τῆς ἁρπαγῆς καὶ Περιθόου παραλαβὼν, βίᾳ λαβὼν αὐτῇ τοῦ πατρὸς, εἰς Ἀφιδναν ἐκόμισε τῆς Ἀττικῆς. καὶ τοσαύτῃ ἴσχε χάριν αὐτῷ τῆς συμμαχίας ταύτης, ὥσθ' ὅτως ἐφίλησε τὰ ἄπαντα χρόνον, ὥστε καὶ τοῖς ὑστερογενέσι παράδειγμα γενέσθαι, τῷ Θησέως καὶ Περιθόου φιλίαν. ἐπειδὴ δὲ ἐκείνῳ χάριν ἐν Ἅιδου γενέσθαι, τῷ Διὸς μνησθησόμενον λόγῳ, ἐπειδὴ πολλὰ παρῄνει, οὐκ ἀνανεύει ταύτης αὐτὸν τῆς πείρας ἀφέξεσθαι κατὰ, πᾶσαν,

ille ait, non esse, si illa carere deberet: rursum autem se omnes alios felicitate supergressurum esse, si secum illam cohabitare contingeret. Atque hoc modo cùm apud sese animatus esset, à patre quidem ipsius accipere illam desperauit. neque enim elocaturum ipsum illâ, cùm nondum ad iustam ætatem peruenisset. cæterùm imperio illius contempto atque despecto, spretisq; insuper etiam omnibus qui tum in Peloponneso agebant potentibus. assumpto Pirithoo, qui ipsi in raptu adesset, à patre vi abreptam in Aphidnam Atticæ regionis oppidum asportauit. Tantam autem gratiam habuit Pirithoo pro hoc auxilio præstito, vt ipsum per omne deinde tempus ita amârit, vt etiam posteris in exemplum abierit Thesei & Pirithoi amicitia. At postquam etiam illum oportebat ad Plutonis proficisci regnum, ambientem filiam Cereris Proserpinam, postquam multis ipsum dehortatus à proposito ne quid tale tenta-

πᾶσαι, συνηκολούθησεν αὐτῷ, ταύτῃ πρέπουσαν οἰόμενος αὐτῷ καταθύσειν τὴν χάριν περὶ τῆς ψυχῆς, ὑπὲρ αὐτοῦ διενδιωτῶσαι. ἐπανελθὼν δ' εἰς Ἄργος, αὖθις ἀφελημένου αὐτοῦ, ἐπειδὴ καθ' ὥραν ἦν γάμων, καὶ ζηλωτὴ ἐχόντων καλάτι, καὶ εὐγενούσας ἐκ τῆς Ἑλλάδος, σφίσιν αὐτοῖς ἄγεσθαι γαμετὰς, οἱ δ' Ἕλληνες βασιλεῖς. οἱ δὲ συνελθόντες ἐμνηστεύοντο ταύτῃ, τὰς ἄλλας ἁπάσας ὑπεριδόντες, ὡς φαυλοτέρας. γενόντων δ', ὅτι πρὸς μάχην ἔσαι, καὶ δείσαντος, μὴ πόλεμος γένηται τῇ Ἑλλάδι, μαχομένων πρὸς ἀλλήλους, ὀμωμόκασιν ὅρκον τοιοῦδε ψήφῳ κοινῇ, ἢ μὴν ἐπικουρήσειν ᾧ ταύτης ἀξιωθείη, μηδ' ἐπιτρέψειν, μή τις ἄλλος πρὸς ἐπιχειρεῖ· ἔκαστος οἰόμενος ταύτῃ αὐτῷ τὴν συμμαχίαν παρασκευάζειν. ἡ μὲν δὴ ἰδίας γνώμης ἀπέτυχον πάντων,

tentaret, auertere non potuit vnà cum ipso profectus est, arbitratus debere se hanc illi referre gratiam, vt pro eo etiam animam in periculum poneret. Cæterûm vbi hoc profecto peregrè, illa Argos mox redijsset, postquam ætate nubilis facta est, quamquam principes Græciæ & formosas alias, & ex parentibus præclaris natas, ex tota ea terra ducere vxores sibi possent: nihilominus tamen conuenientes, huius proci facti sunt, cæteris omnibus perinde vt vilioribus contemptis. Scientes autem quòd non absque certamine ab vno aliquo ducenda esset, metuentesq; ne pugnantibus inter se aliquibus, bellum inde toti Græciæ oriretur, de communi sententia in hæc verba iurârunt, quòd omnes auxilium ferre vellent ei, quicunque vxorem hanc ducere dignatus fuisset: neq; cuiquam concedere, qui iniuria aliqua afficere illum aggressus esset: existimantes videlicet quisque sibi auxilium & societatem hanc parari. Propria quidem igitur sententia frustrati omnes

του, πλὴν Μενελάου, καὶ κοινῆς μὲν ἐπαράθηκαν αὐτίκα. ὀλίγῳ γὰρ ὕστερον ἔριδος γνομένης τῶν θεῶν περὶ κάλλους, ἐπιτρέπουσι τὸν κρίσιν Πατρὶ τῷ Πριάμου. ὁ δὲ τῶν μὲν σωμάτων τῶν θεῶν ἀπηλλάγη, τὰ δωρεῶν δ' ἀναγκασθεὶς γνώσθαι κρείττους, καὶ διδόσης Ἥρας μὲν τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν, τόδε ἐν πολέμοις ἀθλωτὰς κράτος, Ἀφροδίτης δὲ τὸν τῆς Ἑλένης γάμον, καὶ φαύλοις μὲν ἂν θρώποις γνώσθαι ἄρ' ποτὲ νομίζῃς ἂν ἐλάττω βασιλείαν, Ἑλένης δ' ὄλυσθαι ἐπιγενομένων ἀξιωθῆναι, πρᾶττο τὸν τούτης γάμον. γνωμένης δὲ ὑμνωμένης ἐπείνης στρατείας κατὰ τῶν Τρώων, καὶ τῆς Εὐρώπης τότε πρῶτον, κατὰ τῆς Ἀσίας ἐλθούσης, ἔχοντος οἵ τι Τρῶες, ἀφθόντος τὴν Ἑλένην, ἀδεῶς οἰκεῖν τὴν αὐτῆς, οἷς Ἕλλησι ταύτην αὐτοὺς ἐάσαν-

sunt ° præter Menelaum: communis autem pacti experimentum statim adeò defuerunt. Non enim multò pòst, cùm contentio inter deas de pulchritudine orta esset, disceptatio eius litis Paridi Priami filio delegata fuit. Qui cùm iudicio inferior esset, quàm ve inter corpora dearum cognoscere posset, donorum autem cogeretur iudex fieri, ac Iuno quidem offerret illi totius Asiæ imperium, Minerua robur & vires ad bella, Venus autem Helenæ huius nuptias: ipse verò contrà secum ita cogitaret, quòd imperia quidem etiam vilibus & contemptis hominibus obuenire possent, Helena autem non statim vllus posterorum dignus futurus esset: nuptias huius cæteris rebus omnibus anteposuit. Postea verò exorta celebri illa expeditione contra Troianos, & Europa tunc primùm contra Asiam bello concitata, cùm Troiani possent, Helena reddita, sine periculo ac metu terram suam retinere, Græci autem hanc illis habendam permit-

ἐάσαντες ἔχειν, ἀπαλλαγῆναι τῶν ἐκ πολέμου, καὶ στρατείας δυσχερῶν, οἳ δ' ἐκ ἀβουλήτου ἀμφότεροι, ἐκ ἄν ποτε νομίσαντες εὑρεῖν ἀφορμὴν καλλίω πολέμου, περὶ ἧς ἀποθανοῦνται. καὶ θεοὶ δὲ τοὺς αὐτῶν παῖδας σφῶν ἀδότων ἀποθανουμένους ἐν τῷ πολέμῳ, οὐκ ἀπιστήσαν μᾶλλον, ἀλλ' ἐνέγκαντο ἐς τοῦτο, ἐκ ἐλάττω δόξαν αὐτοῖς οἰόμενοι φέρειν, ἢ θεῶν παῖδας γενέσθαι, τὸ μαχομένους ὑπὲρ Ἑλένης ἀποθανεῖν. καὶ τί λέγω τοὺς αὐτῶν παῖδας; αὐτοὶ πρὸς αὐτοὺς μείζω, καὶ θανότερον ἐνίσησαν τοῦ πρὸς Γίγαντας αὐτοῖς γενομένου πολέμου· ἐν ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἀλλήλων, ἐνταῦθα δ' ἐμάχοντο πρὸς ἀλλήλους. οὗ τί γένοιτ' ἂν ἐναργέστερον δεῖγμα, ὅσῳ τῶν ἀνθρωπίνων ἁπάντων ὑπερέχει τὸ καλὸν καὶ παρ' ἀθανάτοις μετεῖναι; ὅταν γὲ

permittentes, omnibus illis difficultatibus quæ ex bello & expeditionibus percipiuntur, liberari: neutri consulere sibi ipsi voluerunt, rati non aliam pulchriorē belli causam ob quam morerentur, inuenire se posse. Iam verò & dij cùm certò scirent liberos suos in eodem bello perituros esse, haudquaquam illos ab eo absterruerunt, sed ad id vltrò proficisci fecerunt: rati non minorem illi gloriam consecuturos eos esse si pro Helena mortem obijssent, quàm quòd deorum filij procreati essent. Et quid attinet de filijs deorum dicere, cùm ipsi dij maiore grauioréque certamine inter se eodem bello congressi fuerint, quàm tunc cùm contra Gigantes bellum gessêre? Nam in illo contra Gigantes communibus ac mutuis auxilijs dimicârunt: hic autem ipsi contra seipsos arma tulerunt. Quo sanè argumento, quódnam aliud manifestius aut clarius esse potest, quanto et iam ipsis dijs iudicibus, cæteras mortalium res omnes antecellat pulchritudo? Nam cùm

pro

γὰρ ὑπὲρ μὲν τῶν ἄλλων οὐδενὸς ἁπάντων οὐδαμοῦ τὸ πρᾶγμα φαίνονται διενεχθέντος, ὑπὲρ δὲ καλλους, οὐ μόνον τοὺς υἱοὺς ἐπιδεδωκότος, ἀλλ' ἤδη καὶ ἀλλήλοις ἐναντία πεπολεμηκότος, ἔνιοι δὲ καὶ τρωθέντος, πῶς οὐχ ἁπάσαις ψῆφος προτιμῶσιν ἁπάντων τὸ κάλλος; ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωμεν ἀφείς τῶν περὶ καλλους λόγων, περὶ ταῦτα διατρίβειν ἀεί, ἐφ' ἕτερον βέλομαι μεταβῆναι, οὐδαμῶς ἔλαττον ὄν, ὡς δᾶξα τἀληθὲς κάλλους ἀξίαν, τῶν πρότερον εἰρημένων, τὴν Ἀρκάδα Ἱπποδαμείαν Οἰνομάου. ὅσους τὸ ταύτης κάλλος ἀλόντας, μᾶλλον εἰρημένους ἀπέφηνεν ἀποθνήσκειν, ἢ ταύτης διοχισμένους, τὸν ἥλιον προσορᾶν. ὡς γὰρ ἐλάβετο τῆς ἡλικίας ἡ παῖς, καὶ τὰς ἄλλας ὁ πατὴρ οὐ πολλῷ ὦν μείζονι παραγενικῶν εἶδεν ὥρας αὐτῆς ἁλός· τοσοῦτον γὰρ αὐτῇ πιεσ-

pro aliarum quidem rerum nunquam vlla vllo modo inter ſeſe diſcordes fuerint, pro pulchritudine autem nõ ſolùm filios ſuos in mortem obtulerint, ſed ipſi inter ſe dimicârint, nonnulli autem etiam vulnerati fuerint: an non omnibus adeò calculis cenſuerunt pulchritudinem cæteris rebus vniuerſis anteponendam eſſe? Atenim ne penuria quadam de pulchritudine dicendi, circa hunc locum commorari diutiùs videamur, ad alium hinc tranſire volo, haudquaquam his quæ antè dicta ſunt, ad comprobandam pulchritudinis dignitatem, inferiorem, nempe ad Hippodamiam Arcadis illius Oenomai filiam. Quàm multos enim ille pulchritudine huius captos oſtendit mortem ſubire voluiſſe potiùs, quàm ab hac diſſociatos, lucem intueri? Nam poſtquam adultam ætatem attigit puella, illámque pater non paruo interuallo cæteras omnes anteire conſpexit, ipſe quoque forma illius captus eſt. Tanta enim hæc in illa

πιείλὴ, ὥς τι καὶ τὸν γενόμενον ὑπηγάγετο παρὰ φύσιν. καὶ δὴ τοῦτ' ἀξιῶν αὐτὴν ἔχειν παρ' ἑαυτῷ, βούλεσθαι δ' ἐκδιδόναι πλαπτόμενος αὐτὴν τῷ ταύτης ἀξίῳ, τὰς παρὰ ἀνθρώπων φόνων αἰτίας, μηχανήν τινα μηχανᾶται τὴν ἐπιθυμίας ἀδικωτέραν, καὶ λῦσαι ῥᾳδίως, ὅπερ ἐβούλετο, καταστήσειν· τῷ γὰρ ἅρματι, ὡς οἷόν τε μάλιστα λῷον, εἰς ταχὺ ὑπὸ τῆς τύχης ἐξηργασμένῳ, τοὺς ἐν Ἀρκαδίᾳ ζώσας ἐν τῷ τότε ταχίστους ἵππους, ἡμίλλατο πρὸς τὸν μνηστῆρας τῆς κόρης, ἆθλον τὴν νίκην παρακαθόντας, αὐτοῖς αὐτὴν προτιθεὶς, ἣ σὺν τῇ λυφαπλῆς ἁπληθούσας καὶ ἀξίᾳ δ' αὐτὴν αὐτοῖς σωαναβαίνειν τὸ ἅρμα, ὅπως ἀσχολουμένοι περὶ ταύτην, ἀμελοῖεν τῆς ἱππικῆς. οἷ δ', ἀστυχόντες τὸ πρώτως ἀφαμένου τὸ δρόμου, καὶ τὴν κόρην ἐκπεσόντ' μετὰ τοῦ ζῆν, τὸ μὴ

in illa excellebat, vt etiam cum à quo nata fuerat, præter naturam illexerit. Proinde cùm ipse quidem illam apud sese retinere cuperet, elocare autem velle ei qui dignus illa foret, simularet, vt hominum accusationem puta euitaret: technam quãdam machinatur cupiditate sua multò iniustiorem, per quam putabat, id quod animo intendebat, facillimè sese conficere posse. Nam currui, quem quoad fieri maximè potuerat, ad celeritatem arte comparârat, equis, qui ea tum ætate in Arcadia omnium velocissimi erãt, iunctis, cum procis puellæ aurigatione certabat, ei videlicet qui certamine superâsset, sponsam illam proponens: qui verò victus esset, illum capite priuandum edicens. Iubebat autem etiam ipsam vnà cõscendere currũ, quò videlicet illi dũ vultu in illam defixi hærerent, interea aurigandi currus obliuiscerentur. Cæterùm cùm qui primus certamen hoc inijsset, successu caruisset, & præterquam quòd à puella, etiã à vita excidisset, reliqui

μὴ ἀρνῆσαι πρὸς τὸν ἀγῶνα, ἢ μεταθέναι τι τῶν βεβουλευμένων, μεραχιῶδες ἔναι καὶ πολαβόντον, πλὴν δ' ὠμότητα μισήσαντον Οἰνομάου, ἄλλος ἄλλον ἐφαυνῶ ἀρετήσειν, ὅσῳ μᾶλλον ἐκεῖνος τὴν ὠμότητα περὶ τὰς κόρας ἁμάρτοι, καὶ πρόθυμός γε μᾶλλον ἕκαστος ἐγίνετο ἀποθανεῖν τὴν παῖδα ἀντὶ γυναικός. οὕτω δὲ ἐκάστου κῆδος

reliqui cùm ad certamen obeundum cunctari, & eorum quæ semel decreuissent, quicquam detrectare, futile ac iuuenile quiddam esse censerent, rursum autem crudelitatem Oenomai detestarentur, alius alium præuertit moriendo, perinde ac si metuerent ne non puella illa mori possent. Ac processit cædes ea, donec tredecim eorum iuuenum interficerentur. At diu cùm illum ob prauitatem hanc odio haberent, pariter autem & eos qui mortui fuerant, & puellam miserarentur: alteros videlicet quòd tantæ rei possessione priuati essent: puellam autem, quòd forma sua per ætatem frui non posset: pro iuuene eo quicunq; mox certaturus esset (erat autem is Pelops) curam aduertentes, & currum illi donant pulchriorem arte factum, & equos immortales, quorum ope puella potiturus, ac dominus illius futurus esset. Et sanè factus quoq; est, socero ad metam & terminos victoriæ occiso. Adeò pulchritudo ipsa cum hominis

μα, ἀνθρώποις τὶ θεῖον εἶναι δοκεῖ, καὶ τιμώμενον ὑπ' αὐτῶν, καὶ θεοῖς ἱσπούδαστα πολλαχόσι, διὸ δὴ καὶ ἡμῖν οὐκ ἄν ἔχοι τις μεμφεσθαι δικαίως, σπουδάζουσι λογιζομένοις, τὸ ταῦτα περὶ ἐκείνου διεξιέναι. ἔστω μὲν δὴ καὶ Ἀρίστιππος διῆλθε τὸν λόγον. Ερ. σὺ δ' ἤδη λοιπὸς εἶ Χαρίδημε, ὅπως δ' ὥσπερ στεφανίδα τῇ κάλλει καλῶν ἐπιθήσεις τὸν λόγον. Χα. μηδαμῶς, ὦ πρὸς θεῶν, πρόσω τίρω προελθεῖν με βιάσῃ· ἱκανὰ γὰρ δηλῶσαι τῇ σωφροσύνῃ τὰ νῦν ἐρημένα, ἄλλως τ' οὐδ' ὅσα περ ἔπον, ἀπομνημονεύουσα ῥᾴδιον γὰρ ἄντις μνημονεύοι τῶν ἑτέροις εἰρημένων, ἢ τῶν αὐτῷ. Ερ. ταῦτα μὲν δὴ δεῖ, ὧν ἐξ ἀρχῆς ἐπεθυμοῦμεν ἐντυχεῖν. οὐ γὰρ δὴ τοσοῦτον ἀμεῖνον τῶν λόγων ἐκείνων, ὅσον ἀμείνους τῶν σῶν ἀκοῦσαι. ὥστε ἄν

hominibus diuinum quiddam esse videtur, & ab omnibus coli consueuit, tum à dijs quoque sæpenumerò cum summo studio obseruata est. Quam ob rem neque nos quispiam reprehendere meritò poterit, quòd quasi quoddam operæprecium putamus hæc de pulchritudine disseruisse. Atque ad hunc modum & Aristippus orationem suam peregit. HER. *At tu iam restas Charideme: quare face vt quasi quandam coronidem imponas oratione tua pulchris hisce de pulchritudine dictis.* CHAR. *Nequaquam, per deos quæso, vlteriùs progredi me cogas. Satis enim sit indicâsse tibi, & quo pacto conuersati fuerimus, & hæc quæ modò dixi: præsertim cùm ne illa quidem satis adhuc meminerim, quæ modò commemoraui. Multò enim faciliùs ea memoria repetieris, quæ ab alijs dicta sunt, quàm quæ ipse dixisti.* HER. *Hoc igitur illud videlicet quod ab initio consequi me cupiebam. Neque enim mihi tantopere orationes aliorum ac tuam audire, cura fuit. Quare*

si me

ἢν τούτων ἀφαιρήσῃς, μᾶλλόν σε μάτην ἴσχειν οἰκτίρω. ἀλλὰ πρὸς Ἑρμοῦ, τὸν ἅπαντα λόγον, ὥσπερ ὑπέσχησ ἐξ ἀρχῆς, ἀπόδος. Χα. βέλτιον μὲν ἴσως, τούτοις ἀπαμάξαι μ', τῶν δυσχερῶν ἀγαπῶντα. ἐπεὶ δ' οὕτω πεφύμηκας καὶ τῶν ἡμετέρων ἀκοῦσαι λόγων, καὶ τοῦθ' ὑπηρετεῖν ἀνάγκη, φέρε ζώνην καὶ αὐτὸς ἐποιησάμην τὸν λόγον. Εἰ μὲν πρῶτος αὐτὸς ἦρχον περὶ τοῦ κάλλους λέγειν, προοιμίων ἂν ἐδεόμην συχνῶν. ἐπεὶ δ' ἐπὶ πολλοῖς ἤρχομαι πρότερον εἰρηκόσιν ἐμοῦ, εἰ μὲν ἀπλοῦς, οἷς ἐκείνων διακεχυμένον ὡς πρooιμίοις, ἐπιφέρειν ἐξῆν τὸν λόγον; ἅπαξ δ' ἐπὶ ἑτέροις τῶν λόγων γενομένων, ἀπ' ἐνταῦθα, καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ὡς ἐνεῖναι καὶ τοὺς παρόντας λαθεῖν, ὡς ἄρ' οὐκ ἴδιας ἐστὶ λογοποιοῦσιν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἕκαστος ἐπὶ μέρους διεξέρχονται λόγον.

si me hac priuaueris, etiam illa frustra laborâsse te scias. Sed per Mercurium quæso, totam adeò orationẽ quemadmodum à principio exorsus fueris, mihi recita. CH. *Satius quidem fuerat, contentum his quæ dixi, à difficilioribus abstinere me: attamen quando ita cupis & nostram audire orationem, in hoc quoque morem tibi gerere necesse est. Proinde hoc pacto ipse quoque verba feci. Si primus ipse cœpissem de pulchritudine dicere, proœmijs fortasse frequẽtibus & densis opus haberem: nunc autem quando post multos alios qui ante me verba fecerunt, dicturus sum, nihil alienum puto fuerit, si illorum antè dictis, perinde ac proœmijs quibusdam vsus, sequentem orationem subiungam, præsertim cùm non alio loco, sed hoc in conuiuio, eodemq; die, orationes istæ habeantur, ita vt liceat & præsentes latêre nos, perinde ac si non quisque priuatim verba faceret, sed eandem singuli per vices prosequantur*

oratio-

λόγον. ἐτέρῳ μὲν ὃν ἤρκει γ' ἂν εἰς ἐυφημίαν, ἅπερ ὑμῶν ἕκαστος ἔτυχε ἀπὸν περὶ τὸ κάλλος ἰδίᾳ, τοῦτο δὲ τοσοῦτον πλεῖστον, ὥστε καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις, ἔξω τοῦ νῦν ἐρημίνου, ὃ δεῖν ἐπαίνων ἐς αὐτό· πλεῖστα γὰρ πολλαχόθεν, αὐτὰ πρῶτα δεῖν λέγειν ἕκαστα, λόξαν παρέσεσθαι, ὥσπερ ἀνθίων ἐυτυχοῦντι λειμῶνι, ἀεὶ τοῦ φανομένου ἄρτι, πορευομένων τὸς ἐρπομένους. ἐγὼ δ' ἐκ πάντων ἐκλέξας, ὅσα μοι δοκῶ μὴ βέλτιον ἂν παραλιπεῖν, λέξω δὲ βραχέως, ὅπως ἔστι κάλλα τὰ γιγνόμενα ἀεδήλως, ὑμῖν τι τὸ μακρολογεῖν παραλιπὼν, δρέπων ἀκχαεισμένα. τοῖς μὲν ὃν ἢ δι' ἀνδρίαν, ἢ δι' ἑτέραν τινὰ τῶν ἀρετῶν ὑμῶν πλείστην δοκοῦσιν, ἢν μὴ ἔστ' ἀμείνω ποιεῖν ἐν, ἀναγκάζωσιν ὑμᾶς ἐν αὐτοῖς δρᾶσθαι, βασκάνομεν

orationem. Proinde alteri quidem sufficerent ad laudem vtique comparandam, ea quæ vestrûm vnusquisque seorsim de pulchritudine dixit. At verò hîc adhuc tantum supereſt, vt & ijs qui post nos venturi sunt, extra ea quæ nûc dicta sunt, satis laudum ad prædicandam illam suppetat. Plurima enim vndique circumstant, quæ & ipsa eam de se opinionem præbent, quasi singula eorum primo loco dici debeant, non aliter atq; in prato aliquo floribus fœcundo, vbi semper ea quæ nouissimè apparent, carpentes potissimùm alliciunt. Ego verò ex omnibus illis delectis, quæ mihi videbuntur minimè prætereunda fuisse, quàm breuissimè potero dicam, vt & pulchritudini debitum suum reddã, & vobis omissa verborum prolixitate morem geram. Proinde illi quidem qui vel ob fortitudinem, vel ob aliam aliquam virtutum præstare nobis videntur, si non quotidie honestis actionibus beneuolentiam sibi conciliant, & nos quodammodo ad amandũ

νομὴν μᾶλλον, ἐξ ὧν τ' ἂν ὑ καλῶς αὐτοῖς, τὰ πράγματα πράττωμεν, σχολήν. καλὸς δ' ὑ μόνον ὑ φθονοῦμεν τῆς ὥρας, ἀλλ' ἀυτός τι ἰδόντος ἁλισκόμεθα, ὑπερχαπῶμεν τι, ὑδ' ἀρχνοῦμεν, ὥσπερ λιμώττοσιν ὅσον ἂν ἡμῖν ἐξῇ, ἀπολαύοντος αὐτοῖς. ἥδιον ἂν ὖν ὑπακούσαι τις ὥρας ὐτυχηκότι, ἢ πεσάξαι ὧν μὴ δεόντος. καὶ πολὺ χάριν ἂν εἰδείη ὧν τοιαῦτα πεσάττοντι μᾶλλον, ἢ ὧν μηδ' ὁτιοῦν ἐπαγγέλλοντι. καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἀγαθῶν, ὧν ἂν ἐνδεεῖς ὦμεν, οὐ πειρατέρω σπουδάζομεν τοῦ τυχεῖν· καλὸς δ' ἡμῖν οὐδεὶς ὐδ' πώποτε γέγονε μόρφ. ἀλλ' ἐάντε Αχιλλέως, ἐάντε εἰς Ιλιον ποτὲ σωναναβάντα δεῖ Αχαιοῖς, ἐάν θ' Υάκινθον τὸν καλὸν, ἢ τὸν Λακεδαιμόνιον Νάρκισσον καλὸν νικῶμεν, ὐκ ἀρκεῖν ἡμῖν δοκεῖμεν, ἀλλὰ δεδοίκαμεν, μὴ πάθωμεν τοῖς ἐπιγινομένοις

se cogant, inuidemus illis magis: vndecunque etiam eis negocia quæ geruntur, minùs bene procedũt. Pulchris autem non modò non inuidemus formam suam, sed statim etiam vbi aspeximus tantum, capimur, & plus quàm amamus eos, neq; grauamur, tanquam superioribus, quantum nobis licitum fuerit, & seruire quoq; illis. Libentiùs igitur quispiam obedierit formoso alicui, quàm imperauerit ei qui talis non est.: maioremq; gratiam habuerit formoso multa iubenti, quàm si nihil quicquam præcipiat. Ac cæterorum quidem bonorũ quibuscunque caremus, vlteriorem assequendi curã nullam gerimus: at pulchritudinis nulla vnquam nobis sanctas oboritur: sed siue Aeglaiæ filium illum, qui cum Achiuis ad Troiam profectus fuit: siue P. Hyacinthum formosum illum, siue etiam Lacedæmonium Narcissum pulchritudine superemus, tamen nobis ipsi minimè satisfacimus, sed semper timemus ne fortè videamur apud posteros

ῥοις ἦν, καὶ παλαιότατον ἀπηρ-
βωκώς. σχεδὸν δ', ὡς ἁπᾶν,
πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις
πραγμάτων, ὥσπερ κοινόν
παράδειγμα, τὸ κάλλος ἐστί.
καὶ ὅτι στρατηγοῖς ἐς κάλ-
λος ἐμέλησε τὰ στρατόπεδα σῳ-
τάσθαι, ὅτι ῥήτορσι τοὺς λό-
γους σωτηθῆναι, ὅτι μὴν γρα-
φεῦσι τὰς εἰκόνας γεγραφέ-
ναι. ἀλλὰ τί ταῦτα λέγω, ὧν
τὸ κάλλος τέλος ἐστίν; ὧν γὰρ
ἂν χρείαν ἀνομεν ἀναγκαίως,
οὐκ ἐκπέμπομεν οὐδὲν σπουδῆς,
ὡς ὅσον ἔξεστι κάλλιστα κατα-
σκευάζειν. ὥστε γὰρ Μενελάῳ οὐ
τοσοῦτον ἐμέλησε τῆς χρείας
τὸ εἶπον, ἢ ὅσον τοὺς ἀσπαζομέ-
νους ἐκπλῆξαι, καὶ δεῖξαι τοῦθ' ὅτι
πολυτελεστάτους ἅμα κατα-
σκευάσαι καὶ καλλίστους, καὶ τῆς
γνώμης οὐχ ἁμαρτεῖν· ὁ γὰρ Ο-
δυσσέως ὅτως ἀγασθῶν λέ-
γεται τοῦτο, κατὰ φύσιν τῆ
πατρὶ εἰς αὐτὸν ἀφιγμέ-
νῳ,

steros ab aliis ſuperati fuiſ-
ſe. Propemodum autem om-
nium eorum quæ inter ho-
mines geruntur; vt ita di-
cam, quaſi quoddam com-
mune exemplum pulchri-
tudo propoſita eſt. Nam ne-
que duces negligunt ad pul-
chritudinem exercitus ſuos
inſtruere, atque oratores ad
eandem orationes ſuas com-
ponere, neque etiam picto-
res imagines ac tabulas ſuas
ſecundum illam depinge-
re. Et quid attinet iſta re-
cenſere, quorum finis quo-
que pulchritudo eſt? Quin
illa quoque quibus neceſſa-
riò vtimur, haudquaquam
prætermittimus quin omnia
quammaximè fieri poteſt,
cum ſummo ſtudio quam
pulcherrimè apparemus. Nã
Menelaus quidem non tan-
tum curauit, vſum & ne-
ceſſitatem ædium, quan-
tum vt pulchritudine ea-
rum ingredientes quaſi attonitos redderet: & ob hoc ſump-
tuoſiſſimas pariter & pulcherrimas eas ædificauit. Neque
etiam ſententia falſus eſt. Nam & Vlyſsis filius ita admiratus
eas fertur, cùm ad percontandum de patre eò loci ve-

νος, ὥστ' ἀπεῖν Πεισιστράτῳ τῷ Νεσταίλῃ, Ζωός πω ζηλᾷς γ' Ολυμπίᾳ ἴνλοθεν αὐλήν. αὐτός θ' ὁ τῆς μαραχίας πατὴρ ὑπ ἄκρῳ τῷ χάει μιλτοπαρήος ἴχει τὰς ναῦς, συστρατεύμενος τοῖς Ελλησιν ἐπὶ Τροίαν, ἅ ὅπως ὁρῶν ἐκπλήξειεν ἔχει. καὶ σχεδὸν, εἴ τις ἑκάστῳ ἐξετάζειν βούλοιτο τῶν τεχνῶν, εὑρήσει πάσας εἰς τὸ κάλλος ὁρμώσας, καὶ τοῦτο τυγχάνειν τοῦ παντὸς τιθεμένας. τοσοῦτον δὲ τὸ κάλλος τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑπερέχειν δοκεῖ, ὥστε τῶν μὲν ἐκ δικαιοσύνης ἢ σοφίας ἢ ἀνδρείας μετεχόντων, πολλά τις ἂν εὕροι τιμώμενα μᾶλλον, τῶν δὲ τούτοις τοῖς ἰδίοις ἐκκοινωνήτων βέλτιόν ὄντων εὑρεῖν ἔδειν· ὥσπερ δὲ καὶ τοὺς μὴ μετεχόντων ἀτιμότερον ἔδειν. μόνους γοῦν τοὺς μὴ καλοὺς ὀνομάζομεν αἰσχρούς, ὡς ἔδειν ὄν,

nisset, vt ad Pisistratum Nestoridem in hunc modum dixerit:

Talis & æthery forsan
Iouis aula renidet.

Et ipse adolescentis pater non aliam ob causam minio infectas duxit naues, cùm vnà cum Græcis ad Troiã proficisceretur, quàm vt aspicientes earum aspectu obstupefacere posset. Et fermè siquis singulas artes perpendere volet, reperiet omnes eas ad pulchritudinem tendere, eamq; consequi, pro summo ducere. Adeò autem pulchritudo cæteras res cunctas excellere videtur, vt ijs quæ vel cum iustitia, vel sapientia, vel fortitudine aliqua fiunt, multa alia inuenias maiori precio vel existimatione digna censeri: at verò quæ cum hac specie commune aliquid habent, ijs nihil quicquam melius inuenire licet: vt rursum & illis quibus hæc cõiuncta nõ est, nihil quicquã inhonestius atq; indignius. Quippe solos eos qui pulchri non sunt, turpes vocamus: perinde quasi pro nihilo habendum sit, quicquid tandem aliquis habuerit

ὄν, ἄττι τις ἔχων τύχοι πλεονέκτημα τἄλλων, διάπαντος ἐστὶ ῥέμβῳ. τοὺς μὲν οὖν ἐν δημοκρατουμένοις τὰ κοινὰ διοικοῦντας, ἢ τυράννοις ὑποτεταγμένους, τοὺς μὲν δημαγωγοὺς, τοὺς δὲ κόλακας καλοῦμεν. μόνους δὲ τοὺς ὑπὸ ταύτῃ τῇ δυνάμει γιγνομένους θαυμάζομέν τε, φιλοπόνους τε καὶ φιλοκάλους ὀνομάζομεν, καὶ κοινοὺς νομίζομεν ἀνεγείτας, τοὺς τῶν καλῶν ἐπιμελητάς. ὅτι δίκαιον ὄντως μὲν σεμνὸν τὸ κάλλος ἐστὶν, οὕτω δὲ δι' ὅλων πᾶσιν ἐν ὀχῆς μεγα τυχεῖν, κἀγαθὸν τι νομίζεσθαι τὸ τούτου τι δυνηθῆναι, πῶς ἡμᾶς ἀκότως ἂν ἄρα τις ἐμέμψαιτο, ἃ τοσοῦτον δρος ἔχοντα κέρδος κερδαίνειν. ἔγωγ' ἐννοῦν πεποίημαι, μὴδ' αὐτὸ τοῦτο ἀποθέσθαι δυνηθέντα, ὅτι ἡμιόμεθα; τοσοῦτον μὲν δὴ καὶ τὸν λόγον ἐποιησάμην, πολλὰ τῶν ἐόντων μοι περὶ κάλλους

buerit in quo cæteros antecellat, si idem pulchritudine careat. Proinde & eos quidem qui vel in republica de gentibus Imperio præsunt, vel tyrannorum potestati subiecti viuunt, alteros quidem populares vocare solemus, alteros autem adulatores. Solos autẽ eos qui huic potestati subiecti sunt, & admiramur videlicet, & cùm philoponos tum philocalos nominamus, adeoq; cõmunes benefactores censemus esse eos, qui pulchrorum quasi quidam procuratores sunt. Quando igitur ita venerabilis res pulchritudo est, ita autem ab omnibus etiam votis expetitur, & quasi pro lucro putatur huic ministrare saltem aliquid potuisse: quomodo non meritò reprehenderit nos quispiam, quòd cùm tantũ lucrum lucrifacere possimus, vltrò illud prodamus, ne hoc ipsum quidem verentes damnum, videlicet quod mox accipiemus? Ac tantam quidem ego quoque orationem habui, multis quæ mihi de pulchritudine

νος ἁπάντ ἀφιλῶν, ἐπαδὴ τὴν συνουσίαν ἐπιπολὺ παρατεινομένην ὁρῶν. ΕΡ. εὐδαίμονές γε, οἱ τοιαύτης ἀπολαύσαντες συνουσίας· σχεδὸν δ' ἤδη καὶ ἐγὼ οὐκ ἔλαττον ὑμῶν ἴσχυκα δῆτα οἶ.

amplius dicere licebat, omissis, postquam conuersationem hãc ni longum adeò progressam videbam. HER. Felices sanè vos, quibus tali conuersatione frui licuit. Fermè autem iam etiam ego non minus voluptatis quàm vos, per te videlicet, accepi.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

AVthor huius Dialogi quisquis fuit, postremam partem Isocraticæ orationis de Helenes encomio æmulatus est, conatu maiore, si doctis credimus q̃ successu.

a IN Diasijs.] *Festa Iouis Milichÿ fuêre Athenis, Diasia, ἀπὸ τῆς διαφυγῆν αὐτὸν τὰς αἰτίας, vt Suidas ait, appellata. Meminit & Aristophanes & Hesychius. b* Encomium Herculis.] *Cùm Sophista quispiam appararet rècitare librum, & Antalcidæ percontanti quod esset argumentum: respondisset, Herculis encomium: Quis, inquit, illum vituperat? superuacaneum existimans, in eo laudando sumere operam, quē vno ore prædicarent omnes. Hercules autẽ apud Spartanos religiosissimè colebatur. c* Castoris & Pollucis.] *Extat Theocriti eidyllion & hymnus de laudibus Dioscurorum,* id est, *geminorum, Castoris & Pollucis, quo beneficia illorum cõmemorat in tempestatibus maris, & certaminibus equestribus. Is est in genere Demonstratiuo encomiastico. Ac primùm pugnam inter Pollucem & Amycum Bebrycionum principem cõmemorat, deinde alteram pugnã inter Castorem & Pollucẽ & Lynceа. de quibus prolixiùs egimus in dialogo Apollinis & Mercurÿ, Deorum, d* Nam eorùm qui ex Heroibus.] *Lucianus in Menippo, Amphilocho & Trophonio, definit Heroẽm, ex deo & homine compositũ. Heroum autem cultũ sacrosanctũ fuisse, legimus apud Philostratũ. Athenæus in vndecimo, eorum vim declarat terribilem: sed magis noctis, quàm interdiu. Plutarchus in*

chus in Romanis dicit, Græcos in nouilunio diis supplicasse primo loco, secundas preces concepisse heroibus & dæmonibus: ita primũ poculum fuisse deorum, secundũ heroum. De origine vocis, Grammatici variè tradunt. alij ἀπὸ τῆς ἰσχύος, id est, γῆς, à terra, κατ' ἐξοχὴν: quia excellentiores alijs. aut à terra: quia supra eam degerint. Alij ἀπὸ τοῦ ἀέρος: quia ipsorũ animæ in meliores spiritus transformarentur. Alij ἀπὸ τῆς ἰσχύσεως. alij, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς & amore eius quæ excellãt. Vnde ἡρωϊκὴ huiusmodi virtus, excellẽtior, quàm pro cõditione & natura communi hominum: de qua Aristot. lib. 7. Ethicorum. Heroës igitur vocãtur virtute præstãtes, & ea super conditionẽ humanã proximè accedentes ad diuinitatis excellentiam, οἱονεὶ ἀρετῆς ὑπερεχούσης θείου.

e Et Helena.] Helenæ pulchritudinis mirũ encomium. Filia fuit Iouis ex Leda, Tyndari Laconiæ regis vxore, quæ à Ioue in cygni formã transmutato cõpressa, duo peperit ouà: ex quorum altero Pollux & Helena, ex altero Castor & Clytæmnestra excluſi fuerũt. Ex his Helena, cũ cæteris suæ ætatis fœminis formæ elegantia præstaret, à Theseo rapta est adhuc virguncula: non multum tamẽ pòst, Castori & Polluci fratribus eam repetentibus citra iniuriam restituta est. f Amphitryoni.] Alcmenæ Herculis matris coniugi, cuius imagine sumpta, toto trinoctio cũ ea concubuit. quæ quamuis antea ex viro grauida esset, insuper tamen ex Ioue concepit, eodemq; tempore Ioui Herculẽ, Amphitryoni Iphyclum peperit: Amphitryonẽ interfecturus erat Hercules, nisi Minerua prohibuisset: quæ lapide quẽ Sophronestera vocabant, eum percussit: à qua plaga sopitus est, & per somnum statim resipuit, atq; ad seſe rediit. Hæc sunt apud Pausaniam in Bœoticis. g Cadmi.] Thebarum conditoris, qui Martis & Veneris filiam in vxorem duxit. Vnde illud Ouidij:

Iam stabànt Thebæ, poteras iam Cadme videri
Exilio fœlix: soceri tibi Marsq; Venusq;
Contigerat, &c.

h Sed Minerua quidẽ cum.] Minerua & Mars militari disciplinæ præsunt, illa etiam sapientiæ & disciplinis: Diana, venationi & virginitati: Iuno, nuptijs atq; diuitijs. i Diana de venatione.] Diana Iouis filia, ex Latona eodem partu cum Apolline nata dicitur, quæ virginitatis studio hominum

consortia fugiens, sylvas incolebat, venationi intenta: quare cum arcu & pharetra illam incessisse, poëtæ scribunt. Virg.

—illa pharetram Fert humero—.

k Eris.] *Rixarum Dea in Thetidis & Pelei nuptijs elegantissimum pomum in mensam discumbentium proiecit, cum hac inscriptione: Detur pulchriori. Vide suprà in dialogis Deorum, Marinorum & Lapithis: item poëma illud De raptu Helenes, quod Colutho Lycopolitæ Thebano ascribitur.* *l* Exornatori poëtæ.] *Homerum intelligit, qui regibus gloriam peperit, vt inquit Theocritus in Dioscuribus, carmine celebrans vrbẽ Priami, & naues Græcorum, & prælia Iliaca, & Achillem, turrim belli.* *m* λευκώλενον.] λευκώλενος ἥρη, *Iuno cognominata, quòd albas vlnas, & albos haberet lacertos. quo epitheto vsus est etiam Hesiodus in Theogonia.* *n* Minerua autem τριτογένεια.] *Mineruæ epitheton, eò quòd Ogygis temporibus, circa Tritonidem Africæ paludem virginali facie dicatur apparuisse: vel quòd è Iouis capite prognata fuerit.* τρίτω *enim Bœotorum lingua, caput notat. Eadem ab Homero peculiari epitheto* γλαυκῶπις *dicitur, à glauco oculorum colore, vnde & Cæsiam nostri cognominant.* *o* Præter Menelaum.] *Menelaus, rex Spartæ, Helenam vxorem habuit, cui & Hermionen filiam peperit. posthac forma pulchritudinis eius illectus Paris, contractis aliquot nauibus, in Græciam sese contulit. vbi à Menelao hospitio susceptus, clàm se in amorem Helenæ insinuauit: tandemque absente hospite, Helenam rapuit, & in patriam abduxit. Quæ tam insigni iniuria commoti Græcorum principes, de bello Troianis inferendo coniurârunt.* *p* Hyacinthum formatum.] *Nereum intelligit, quem Charopus ex Aglaia suscepit: quo pulchrior alter non venit ad Troiam, vt Homerus ait Iliad. 2. De Hyacintho, annotauimus superiùs in Dialogis deorum. vbi etiã de Narcisso aliquid, qui Cesiphi fluminis ex Lyriope nympha filius fuit, admodum formosus, qui cùm à multis nymphis amaretur, & omnes contemneret, tandem cùm se in fonte conspicatus esset, sua ipsius forma contabuit, & in florem purpureum sui nominis mutatus est.* *q* Vlyssis filius.] *Telemachus ex Penelope.*

NE-

ΝΕΡΩΝ, Η ΠΕΡΙ τῆς ἐρυχῆς τοῦ Ἰσθμοῦ.

NERO, SIVE DE fossione Isthmi.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

TOtus hic dialogus, cuiuscunq; tandem est (nam Luciani esse neq; asseri puto posse, neq; prorsus negari) quasi quædam in Neronem inuectiua est, qua potissimùm dementia illius exagitatur, quã cùm in Isthmo fodiendo, à quo & tituli ratio sumpta est, tum in obeundis scenicis certaminibus imperator Romanus exercuit. Estq; veluti perpetua facti commemoratio, paucis quibusdam & cęterorũ ipsius facinorum exemplis amplificandi causa adiectis, quæ tota Musonio philosopho tribuitur, qui Tuscus genere, vt Tacitus ait, cùm studia iuuenum præceptis sapientiæ foueret, à Nerone postremò, cùm in omnes bonos & claros æquè grassaretur, ob linguæ libertatem, vt Suidas addit, interfectus fuit. Huius & alij meminêre, & Gell. lib. 16. cap. 1. Cæterùm fuerũt & in hoc dialogo multa ex coniectura magis quàm ex fide, ob exemplaris, velut apparebat, vitiositatem vertenda: quam ob rem, vt in postremo operis, eam saltem à lectoribus veniam postulo, quæ cæteris hactenus in claris & manifestis etiam impingentibus, data fuit: præsertim cùm in nullo hactenus, quod equidem sciam, legentium fidem fefellerim, vbiq; cùm hoc loco, tum in superioribus, eo circa quod vel ignorantia, quam & ipsam agnosco, vel alia aliqua de causa hæsitâssem, aut asteriseo, aut annotatiuncula aliqua signato. Qui si nihil aliud, illud certè tamen existimo, occasionem, & quasi quandam ansam ad vlteriora ac veriora indaganda alijs me tradidisse.

ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ
καὶ Μουσωνίου.

Ὀρυχὴ τῦ Ἰσθμῦ καὶ σοὶ Μουσώνιε δοκεῖ χαρὸς, ὅς φασι, γενέσθαι τῦ τυράννου, νοεῖν ἔοικε Ἕλλησι. Μου. ἴσθι ὦ Μενέκρατες καὶ βελτίω ἐνθυμεῖσθαι Νέρωνα· τὰς γὰρ περιβολὰς τῆς Πελοποννήσου, τὰς ὑπὲρ Μαλέαν, ξυνάρπαζε ταῖς ἁλάττου μεγίσταις ἔπεσι σὺν τῷ Ἰσθμῷ ῥήγματι. Μεν. τοῦτο δ' ἂν καὶ τὰς ἐμπορίας ὄνησι, καὶ τὰς ἐπὶ θαλάττῃ πόλεις, καὶ τὰς ἐν τῇ μεσογείᾳ. καὶ γὰρ δὴ μᾶλλον ἀγροῖς ἀρχῶν ὁ οἶκος καρπὸς, ἢν τὰ ἐπιθαλάττια εὖ πράττῃ. ταῦτα δὴ διήγησαι Μουσωνίῳ βουλομένοις ἡμῖν ἀκροάσασθαι πᾶσιν, ἢ μή τι σπουδάσαι ἄλλοθι ἕτερον. Μου. ἀλλὰ βουλομένοις· εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι χαιρόντων ἂν μάλ-

ΜΕΝ�ECRATES
& Muſonius.

AT Iſthmi foſſio, quæ in manu adeò, vt aiunt, tyranno fuit, & tibi Muſoni mentem habere Græcam videbatur. MVSO. Scito Menecrates, etiam meliora cogitâſſe Neronem. Nam & circuitus Peloponneſi illos ſupra Maleam, tollere nauigantibus volebat, Iſthmo ad viginti ſtadia interrupto. MENEC. Hoc autem & emporijs profuturum erat videlicet, & ciuitatibus cùm maritimis, tum etiam illis quæ in mediterraneis ſitæ ſunt. Nam ſi maritima loca bene habeant, etiam illis quæ interiora ſunt, domeſticus agrorum prouentus ſufficiet. Sed hæc narra quæſo Muſoni nobis: omnes enim audiendi cupidi ſumus, niſi ſi quid aliud ſeriæ rei fortè eſt cui tu nunc incumbere cogitas. MVSO. Narrabo, quandoquidem vultis. Nam

ſat

μᾶλλον τοῖς γε ἀφιγμένοις ἐς ἀγῶνας ἔτω φροντιστήριον ἐπὶ τῷ σπουδάζειν. Νέρωνα δ' οὖν ἐς Ἀχαΐαν ὡδήγει λόγος, καὶ τὸ σφόδρα αὐτὸν πεπεῖσθαι, μήτ' ἂν τὰς Μούσας ἀναβάλλεσθαι κάλλιον. ἐβούλετο δὲ καὶ τὰ Ὀλύμπια, τὸν γυμνικώτατον τῶν ἀγώνων, στεφανοῦσθαι ᾄδων· τὰ γὰρ Πύθια τούτων μὲν ἐπαινῶν μετεῖναι μᾶλλον, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι· μὴ γὰρ ἂν μήθ' ἑκόντα ἐπαίνου ἐναντίαν αὐτῷ λιθάραν τε καὶ ᾠδὴν θέσθαι. ὁ δὲ Ἰσθμὸς ἦν τῶν ἄποθεν οὐδὲν βεβολαιμένων· ἀπ' ἐντυχὸν τῇ φύσει τοῦ τόπου, μεγαλοφροσύνης ἄρασθαι, τόν τε βασιλέα τῶν ἐπὶ τὴν Τροίαν ποτὲ Ἀχαιῶν ἐμνήσθη, ὃς τὴν Εὔβοιαν τῆς Βοιωτίας ἀπέτεμε Εὐρίπῳ, ὃν περὶ τὴν Χαλκίδα. ἔτι γε μὴν καὶ τὸν Δαρεῖον, ὃς ὁ Βόσπορος ἐγεφύρωσε

sat scio quòd plus etiam gratificabor, ijs vtique qui ad iniucundam adeò curarum (vt ita dicam) officinam hanc studendi causa veneorunt. [a] *Neronem igitur in Achaiam via ducebat, & illud item, quòd sibi ipsi vehementer persuaserat ne Musas quidem dulciùs modulari. Volebat autem & Olympijs (quod certamen omnium maximè exercitijs frequentatur) cantando coronari. Nam quæ in Pythijs aguntur, eorum pleraque ad se magis quàm ad Apollinem pertinere putabat. Neque enim neque illum aduersus se citharam aut carmen aliquod mouere audere. Cæterùm Isthmus haudquaquam ex illis erat de quibus hic diu aut longè antè cogitâsset, sed cùm fortè naturam loci conspexisset, magnificum opus hoc animo concepit, Achiuorum videlicet regem, eorum qui ad Troiam olim profecti fuêre, animo proponens, qui ipse Euboeam quoq; à Bœotia resecuit, medio circa Chalcidem Euripo immisso. Deinde tutè & Darium: vt à quo & Bosporus*

ponte

φυρώθη αὐτῷ ἐπὶ τοὺς Σκύθας. τὰ δὲ Ξέρξου καὶ πρὸ τούτων ἴσως ἐνεφύησε, μέγιστα τῶν μεγαλοργιῶν ὄντα καὶ πρὸς τούτοις, τὸ δὲ ὀλίγοις ἀπίστοις ἐπιμίξαι πάντας ἅπασι τοῖς Ἑλλησι, λαμπρῶς ἐπᾴδεσθαι τοῖς ἔξω θεν· ἃ γὰρ τύραννοι φύσει μεθύουσι μέν, ψαύουσι δέ πῃ καὶ ἀκοῦσαι τοῦδε φθέγματος. προελθὼν δὲ τῆς σκηνῆς, ὕμνουν μὲν Ἀμφιτρίτης τε καὶ Ποσειδῶνος ᾖσε, καὶ ᾆσμα οὐ μέγα, Μελικέρτῃ δέ καὶ Λευκοθέᾳ. ὀρύξαντος δὲ αὐτοῦ χρυσοῦν δίκελλαν, καὶ τοῖς Ἕλλησι ἐπιπροπέμψαντος, ἐπὶ τοῖς ὀρυχεῖοις ἦξε, διατούμενός τε καὶ ᾀδόμενος, καὶ καθηκόμενος τῆς γῆς, ὡς οἶμαι. τοῖς τε τοῖς ἀρχεῖα πιστευομένοις παρακελευσάμενος ξυμπόνους ἅπασιν εἶναι τοῦ ἔργου, ἀνῆκε δὴ τοῖς Κορινθίοις, τὰ Ἡρακλέους λοιπὰ ἐπιτελεῖσθαι πάντα. οἱ μὲν δὴ

ponte iunctus fuerit cùm in contra Scythas proficiscereretur. Nam Xerxis factum etiam ante istâ fortasse animo cogitârat, quod magnificentissimum operum magnificorum omnium fuit. Supra omnia autem hæc etiã illud putabat, Græciam per hoc quòd breui adeò omnes inter se misceri possent, contra exteros splendidè adeò stabilitum iri. Nam tyrannorum ingenia ebria quidem sunt, tanguntur autem alicubi vbi vocem hanc audiunt. Porrò progressus in scenam, hymnum quidem Amphitrites & Neptuni cecinit, & canticum quoddam non magnum Melicertæ & Leucotheæ. Cùm autẽ aureum ipsi ligonẽ porrexissent, Græciamq; tanquam in tutelam commendâssent, ad fodiendum profectus est, plausu cantuq; prosequentibus illũ tum omnibus. Atq; vbi terram ter, opinor, tetigisset, deinde & quibus præfecturæ atq; imperia credita erãt, opus vnà capessere iussisset, Corinthum rediit, Herculis adeò res gestas omnes sibi visus superasse.

ἀὶ ἐκ τῦ διορυκτηρίυ, τὰ πρόλυτὶ καὶ λάσιρα ἐξικόνυν, ἀ σρατιὰ ἀ τὰ γεώλυτὶ καὶ ἐπίπεδα. ἐβόλόμην δ' ἀν καὶ πίμπλαν ἀμίραν πᾶσιν ἐυγμένων ἀμῶν ὧν ἰσθμῷ, διατίθη τὶς ἐκ Κορίνθυ λόγ@ ἔπω σαφὴς, ὡς ἀὶ τῦ Νίρων@ μετανοκότ@ τὸν τομὸν. ἔφασαν ἀ τὸν Αἰγυπλίυς γεωμετρῦντας τῦς ἐκατέρας θαλάσσης τὰς φύσεις, ἐκ ἰσοπέδοις αὐτᾶς συντυχεῖν, ἀλ' ὑψηλοτέραν ἡγεμένας τὸν ἐκ τῦ Λιχαίυ πρὸ τῆ Αἰγίνη διαλοιπέναι· πελάγυς γὰρ ὅσον τε ἐπιχυθέντ@, μὴ ῥᾳδίως ἀναδύχιον ἀπεργάζεθαι τὸν Αἰγιναν. Νίρωνα ἀ τῆς μὲν τῦ ἰσθμῦ τομῆς ὐδ' ἂν Θαλῆς μετέσησεν, ὁ σοφώτατός τε καὶ φυσικώτατ@· τῦ γὰρ τμᾶν αὐτὸν μᾶλλον ἦν ἢ τῦ δημοσίᾳ ἐλᾶν. ἀ ἀ τῶν Ἑσπερίων ἐθνῶν κίνησις, καὶ ὀξύτατ@, ὡς

peraſſe. Illi igitur qui in vinculis fuerant, petricoſis atq; difficilibus conficiendis exercebãtur: exercitus autem ea quæ terrea ac plana erant, fodiebat. At vbi iam ſeptimum & quintum diem quaſi alligati Iſthmo fuiſſemus, rumor quidam è Corintho venit, non ita tamen manifeſtus aut planus, quòd Neronem pœnituiſſet Iſthmi inciſi. Dicebant autem Aegyptios geometras altitudinem metientes, haudquaquã eandem atque æqualem vtriuſq; maris ſuperficiem deprehendiſſe: ſed cùm eam partem quæ Lechæum aſpicit, altiorem iudicarent, de Aegina in timorem veniſſe. Nam ſi tantum pelagus contra inſulam effunderetur, periculum eſſe ne illa aquis obruta in profundum demergeretur. At Neronem à fodiendo Iſthmo ne Thales quidem abſterriturus fuerat, quanquam ſapientiſſimus, & naturalium rerum peritiſſimus. Nam incidendi illius maiore ſtudio tenebatur, quàm publicè canendi. Sed motus occidentalium gentium, & aſperrimum

qui

ὁς τ' ἐκείνης νικῶ ἀκόμψως, ὄ-
νομα δ' αὐτῷ βίνδαξ, ἀπήγα-
γεν Ἑλλάδος τε καὶ Ἰσθμοῦ Νε-
ρωνα, ψυχρῶς γε μετρήσαντα· τὰς γὰρ θαλάττας ἰσο-
γαίους τε καὶ ἰσοπέδους οἶδα. φασὶ δ' αὐτῷ καὶ τὰ ὑπὸ τῶν Ρω-
μαίων ἐλεφαίνεα ἤδη, καὶ ὑποδιδόναι, ταῦτα καὶ αὐτὸ ἔθος ὑπ-
άρχειν τῷ πεπλακόσι καὶ χι-
λιάρχοις. ΜΕ. ἀλλὰ φωνὴ δή, Μούσω-
νος, δι' ἣν μεμομφῆ, καὶ τῶν Ὀλυμπιάδων τε καὶ Πυθιά-
δων ἐρᾷ, πῶς ἔχειν δοκεῖ σοι; τυράν-
νου γὰρ λήμνῳ πεφιλόνικοι οἱ μὲν ἐθαύμαζον, οἱ δὲ καὶ γε-
λῶντες. ΜΥ. ἀλλ' ἐκεῖνός γε, ὦ Μοφίκρατες, ὅτι θαυμασίας ἔχει τῆς φθέγματος, ὅτ' αὖ γε-
λοίας· ἡ γὰρ φύσις αὐτὸν ἀμέμ-
πτως τε καὶ μέσως ἥρμοκε. φθέγγεται δὲ λοιπόν, μὲν φύ-
σει, καὶ βαρύ, ἐγκεκμηκὸς αὐ-
τῷ τῆς φάρυγγος, μέλλει δ' ἔτι καταπεπαυσόμενα βομβεῖσθαι. οἱ δέ γε τόνοι τῶν φθόγγων ὑπολιαίνουσι τοῦζον, ὑπὸ μὲν βαρεῖᾳ

qui illas nunc excitat & incendit (Vindex autem nomen ipsi est) reuocauit ex Græcia & ab Isthmo Neronem, frigidè adeò maria dimensum. Nam æquè altè à terra vtrunque assurgere, eandemq; superficiem habere scio. Aiunt autem ipsi & Romanas res paulatim iam labi & declinare. id quod & ipsi ex Tribuno heri, qui impegerat, audistis. ΜΕΝ. *At vox, Musoni, propter quã in Musas ita deperit, & Olympiadas pariter & Pythiadas amat, qualisnam tyranno est? Nam eorum qui ad Lemnũ nauibus veniebant, alij quidem admirabantur ipsum, alij autem etiam deridebant.* ΜΥΣ. *At ille, quod ad vocem attinet, neque admiratione dignus, neq; risu est. Nam ipsum natura inculpabilem, atq; adeò mediocrẽ formauit. Sonat aũt concauũ quidam, nõ natura tamẽ, & graue, impendente atq; vrgente hoc gutture: ac carmina quidem hoc pacto accurata quodammodo etiã personat. Voculationes autem sonorũ leuigant hunc, posi-*

θαῤῥεῖ αὐτῷ, χρωμάτων δ' ἡ φι-
λανθρωπίᾳ, καὶ μελοποιΐᾳ ἀνα-
γώγῳ μὲν δὴ, καὶ λιθαρῳδίᾳ
εὐκόλῳ, καὶ οὐ λαιρὸς βαδί-
σαι, καὶ στῆναι καὶ μεταστῆναι, καὶ
τὸ νεῦμα ἐξομοιῶσαι τοῖς μέ-
λεσιν, εὐσχήμων ἔχοντ' & μό-
νον τὸ βασιλέα λοκεῖν, ἀκεί-
βειν ταῦτα. ἐὰ δὲ μιμοῖτο τοὺς
λρείττονας, ψυῦ γέλωτ', ὡς
πολὺς ὁ θεωμένων ἐκπίπτει,
λαί τοι μυρίων φόβων ἐπηρ-
τημένων, ἄττις ἐπ' αὐτῷ γε-
λᾶν ἄμ νόᾳ μὴ γὰρ τὸ μετρίως
πλέον, ξυνάγων τὸ πνεῦμα,
ἐπ' ἄκρων διίστατον τῶν πο-
δῶν ἀναπλώμενος, ὥσπερ
οἱ ἐπὶ τοῦ τροχοῦ. φύσει δ' ἐ-
ρυθρὸς ὤν, ἐρυθρᾷ μᾶλλον,
ἐμπιπραμένῳ αὐτῷ τῷ πρόσ-
ωπῳ. τὸ δὲ πνεῦμα, ὀλίγον, καὶ
ἐκ ἀρκοῦν πω δή. Μή, οἱ δ'
ἐν ἀγῶνι πῶς αὐτὸν πῶς
ὑφίστων, ὦ Μουσώνιε; τέ-
χνῃ γάρ που χαίζονται. Μου.
τέχνῃ μὲν, ὥσπερ οἱ παλαί-
οντες, ἀλλ' ἐνθυμοῦ τι
ὦ Μνή-

postquam sibi ipsi non confidit: Chromatum verò humanitate & modulatione facili quidem illa, & ad citharæ cantum accommodata, & vbi tempus est, ire & stare, & de loco transire, deinde & nutum cum membris exæquare, hæc accurate facere eius est qui pudore solo eo afficitur, quòd rex videtur. At rursum si imitetur superiores, huic quàm multis spectatoribus risus excidit quanquam infinito adeò metu impendente, si quis ipsius causa rideat. Nutat enim plus æquo, & cùm spiritum attrahit, stat summis pedibus distentus & refractus, perinde vt ij qui rotam circumagunt. Iam verò natura rubicundus existens, multò magis etiam rubescit cùm ipsi facies incenditur. Spiritus autem modicus, & ægrè alicubi sufficiens. MEN. *Qui verò certamine cum ipso conferuntur, Musoni, quo pacto se gerunt? Nam arti gratificantur scilicet.* MVSO. *Arti quidem Musoni, quemadmodum & qui luctando subseruiunt; sed cogita,*

Mene-

ὁ Μενέκρατης, τὸν τραγῳδὸν ἐκεῖνον, ὃς ἐν Ἰσθμοῖ ἀπέθανεν. ἴσοι γὰρ κίνδυνοι καὶ περὶ τὰς τέχνας, ἂν ἐπιτείνωσιν οἱ τεχνάζοντες. Με. καὶ τί τοῦτο Μούσωνι; σφόδρα γὰρ ἀνήκοος τοῦ λόγου. Μο. ἄκουε δὴ λόγου ἀτόπου μέν, ἐν ὀφθαλμοῖς δὲ Ἑλλήνων πραγμένου. ἐν Ἰσθμοῖ γὰρ νόμου κειμένου, μήτε κωμῳδίαν ἀγωνίζεσθαι μήτε τραγῳδίαν, ἐδόκει Νέρωνι τραγῳδοὺς νικᾶν. καὶ παρῆλθον εἰς τὸν ἀγῶνα ταύτην πλείους μέν, ὁ δὲ Ἠπειρώτης, ἄριστα φωνῆς ἔχων, ἀδοκιμώτατος δὲ ἐπ' αὐτῷ, ἦν θαυμάζομεν, λαμπρότερα τοῦ εἰωθότος ἐπλάττετο, καὶ τοῦ στεφάνου ἐρᾷν, καὶ μηδὲν ἀνήσειν πρότερον, ἢ δίκαια τάλαντα δοῦναι οἱ Νέρωνα ἀντὶ τῆς νίκης. ὁ δὲ ἀγειώνητό τε, ἦ μὰ τὸν νικῶς ἔχει· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐπροάδε ὑπὸ τῇ σκηνῇ, ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ τῷ ἀγῶνι. Βοώντων δὲ τῶν Ἑλλήνων ἐπὶ τῷ Ἠπειρώτῃ,

Menecrates, tragicum hiſtrionem illum, quo pacto in Iſthmijs perierit. Paria enim pericula & circa artes ſunt, ſi qui in ijs oſtentandis impendiò elaborant. MEN. *Quid hoc autem Muſonis? admodum enim ignarus eius ſum quod dicis.* MVSO. *Audi igitur rem abſurdam quidem & inſolentem, at tamen in conſpectu Græcorum actam. Nam cùm in Iſthmijs lex eſſet, vt neq; comœdia certaret quiſpiam, neq; tragœdia: Neroni placuit tragœdos ſuperare. Ac prodierunt ad hoc certamen plures quidem: Epirota autem ille, vt qui voce optimè valeret, & ob eam artem etiam celebraretur, & in admiratione eſſet, clariùs ſolito fingebat & coronam amare ſe, & nihil de ſtudio remittere velle priuſquam à Nerone decem talenta pro victoria acciperet. At ille exaſperabatur, ſimul & inſani more ferebatur: nam & auditus iam ſub ſcena fuerat, in ipſo videlicet certamine. Acclamantibus autem Græcis, Epirotæ*

ρῶτε, πέμπε τὸ γραμματίον, ἵνα δώῃ ὑφεῖναι αὐτῷ τοῦτον. αὐτὸς δ' ἐπιφθέγγεται τὸ φθέγμα, καὶ δημοτικῶς ἐείσας, ἐπέπεμπε Νέρων ἐπ' ἀκεβάντων τοὺς ἑαυτοῦ ὑποκειτὰς, οἷον πρὸς ἀγωνιστάς τι τῷ πράγματι. καὶ γὰρ δὴ καὶ δίπτυχα ἐλεφαντίνους καὶ διθύρους πρὸ ὁλκμένοι αὐτὰς, ὥσπερ ἐγχειρίδοις, καὶ τὸν μὲν Ἡπειρώτην ἀνασήσαντες πρὸς τὸν ἀγχοῦ κίονα, κατέαξαν αὐτοῦ τὴν φάρυγγα, παίοντες ὀρθαῖς ταῖς δίπτυχοις. Μεν. τραγῳδίαν δ' ἐνίκα Μουσώνιος, μιαρὸν ἄτω πάθος ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐργασάμενος; Μυσ. παιδικὰ ταῦτα νεανίσκῳ μητροκτονήσαντι Μεν. ἐὰ δὲ τραγῳδίας ὑποκειτὴν ἀπέκτεινεν, ἐκτυμὼν αὐτοῦ τὸ φθέγμα, τί χρὴ θαυμάζειν; καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸ Πυθικὸν στόμιον, πάρ' οὗ αἱ ὁμφαὶ ἐνίστιον, ἀπορράπτειν ὥρμησεν, ὡς μηδὲ τοῦ Ἀπόλλωνος φωνὴ ἔστι καί τι τοῦ Πυθίου καταλείπεται αὐτὸν εἰς τοὺς Ὀρέστας

Epirotæ mittit ſcribam, qui iuberet hunc ſubmittere ſibi ſeſe. Sed pergente eo, & ſupra modum attollente vocem, populariterq; ac liberè cum ipſo contendente, immittit Nero in pulpita ſuos hiſtriones, tanquam qui ad hoc negotium pertinerent. Nam & libellos elephantinos & duplices habebant, quibus præ ſe intentis, veluti pugionibus vtebantur. Atq; hi Epirotam ad proximam columnam erigentes, guttur ipſius fregerunt, cædentes obuerſis in rectum libellis. MEN. *Tragœdia autem vicit, Muſoni, ſceleratum adeò facinus in oculis Græcorum auſus?* MVS. *Quid putas? ludus hic adoleſcenti fuit, qui matrem occidit quoque.* MEN. *Si verò inter tragœdias hiſtrionẽ occidit execta illius voce, quid adeò attinet demirari, quando & Pythicum os, vnde voces inſpirare ſolebant, obturare conatus fuerit, vt videlicet neque Apollinis vox aliqua eſſet? quanquam ipſo Pythio recenſente eum inter*

Ορέστας τὶ καὶ Αλκμαίωνας, οἷς τὸ μητροκτονῆσαι, καὶ λόγον τινὰ ἀκλείας ἔδωκεν, ἐπεὶ καὶ πάρασιν ἐτιμώρησαν. Μυσ. ὁ δὲ μηδαμῶς ἐπεῖν ἔχων ὅτῳ ἐτιμώρησεν, ὑβρῖσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ ὤετο, πρωτίστα τῶν ἀληθῶν ἀκούων. ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, τίς ἡ πλεῖουσα ναῦς; ὡς ἐπάγειν τὶ ἀγαθὸν ἔοικεν· ἐστεφάνωνται γὰρ τὰς κεφαλὰς, ὥσπερ χορὸς ὄφθημος, καί τις πρῴρας πρατείνει τὴν χεῖρα, παρακελεύομαι καὶ ἡμῖν θαρρεῖν τι καὶ χαίρειν, βοᾷ τις, ἐὰν παρακούω, Νέρωνα οἴχεσθαι. Μυσ. βοᾷ γὰρ, Μυσώνιε, καὶ σαφέστερόν γε, ὅσῳ τῆς γῆς ἄπλετι. Μυσ. εὖγε, ὦ θεοί. Μυσ. ἀλλὰ μὴ ἐπαχθόμεθα· ἐπὶ γὰρ τοῖς ἡμετέροις. ὅ φασι λέαν.

Oreſtas & Alcmæones, quibus id quòd matres occidêre, etiam laudis aliquam famam præbuit, poſtquam id in vltionem patrum fecerãt. MVS. Hic autem cũ nullo modo dicere poſſet, quémnam vltus eſſet, contumelia à Deo affectum ſeſe putabat, cùm tamẽ mitiora quàm veritas exigebat, audiiſſet. Sed interea dum ſermones cedimus, quænam nauis iſta eſt quæ huc propinquat? Vt autem boni aliquid afferre videtur! Nam coronati capitibus omnes ſunt, perinde vt chorus quiſpiam, qui fauſtum aliquid nunciaturus ingreditur. Et quidam ex prora manum protendit quoque, iubens & confidere nos, & gaudere: clamatq́, niſi non ſatis rectè percipio, Neronem periiſſe. MEN. Clamat enim Muſoni, & manifeſtius vtique, quo propiùs terram contigit. MVS. Euge, ô dij. MEN. Sed ne gloriemur. [b] Nam mortuis, vt aiunt, non decet conuitiari.

GILBER-

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a NERONEM igitur.] *Neronem in primis musicę studiosum fuisse testis est Tranquillus, adeò vt præ se Apollinem contemneret, quẽ vt citharœdum pingebant pictores. Talis in theatro sæpè visus est Nero: qui etiam statuas suas citharœdico cultu posuit. Cuius natiuitatem poëticè describit Seneca in lúdo de Claudij Cæsaris morte.* b Nam mortuis non decet.] *Sunt enim iam interfecti nullis omninò conuitijs aspergendi, nec insectandi: ne cum laruis, iuxta prouerbium, pugnare videamur. Vnde Chilon ille Lacedæmonius vetabat de mortuis etiam malè loqui, quòd nihil ingenuo viro indignius crederet, quàm eos incessere lingua, qui respondere non possent, ac turpe esset cum vmbris luctari. Huc præterea & illud Aristotelis referendum est, qui in Rhetoricis citat Platonem ex Politia, qui scripserit, eos qui mortuos allatrarent, videri similes catellis, qui lapides iactos morderent, ipsos autem qui læsissent non attingerent.*

PALINVRVS.

ARGVMENTVM.

DVo hi Dialogi sequentes, Luciani non sunt, neque Græcè scripti etiam: sed quia à doctis Italiæ cum Lucianicis eodem titulo cõiunctos accepimus: nec horum quidem lectione fraudare quenquam voluimus, præsertim cùm ad exemplum Lucianicorũ aliquo modo efficti & ipsi essent.

PALINVRVS, CHARON.



Obsecro te, ô Charon, sine me vt iam nauim conscendam. CHAR. *Quis me appellas?* PAL. *Ego nauita quondam illius, quem nuper viuentem transuectâsti, Aeneæ Troiani.* CHA. *Túne ille es, qui apud portus Velinos inhumatus iacebas?* PAL. *Ille ipse sum. Sed crede cœlestium nutu fieri vt*

transuehar, quorum prodigijs longè latéq; aduc finitimæ gentes, & ossa mea iam expiauerunt, & tumulum mihi, tumuloq; insuper solennia statuerunt. Quare te oro, ô iustissime Charon, patere tandem vt ingrediar. sic prospera semper sit nauigatio tua, sit solida nauis tua atque inconcussa. CHA. Rem iustam petis, Palinure, ingredere vt libet. Vos verò tam confertæ vmbræ, quid fatigatis me precibus? quid fatigatis? quænam hæc vis desiderij? Expectate tantisper, dum trans flumẽ hũc porto: regrediar quamprimùm. PAL. Habeo tibi, Charon, immortales gratias, qui me his tandem eripuisti è malis, qui me dira hac tandem qua detinebar transfretandi cupidine liberâsti. CHA. Amo te equidem, Palinure, tum propter Aeneam regem, quem mihi nominâsti, qui & super omnes quos vnquam viderim mortales, visus est mihi singulari quadam præditus pietate: tum propter meum etiam, quod olim commune fuit tibi, magisterium. par enim sibi quisque parem affectat, delectatq; magis quæ inter pares sit vel cõfabulatio, vel vitæ actio. Afficiebar porrò non modico dolore, quum videbam iamdudum te in [a] citeriore hac ripa errãtem, incertumq; sedis tuæ. Neq; licebat mihi succurrere, propter legem mihi datam, ne quenquam nisi humato prius corpore transportem. Sum enim ego minimus inter infernos habitatores, subiectusq; alienæ potestati, cui parêre non tam pulchrum mihi, quàm aliàs necesse sit. Gaudeo autem nunc & lætor, quòd ea aliquando se fors tibi obtulerit, qua & tuum implere desiderium, & meum releuare dolorem salua lege officij mei possum. PAL. Imò ego non minùs propter te dolebam, ô Charon, quia perspiciebam tot te graues assiduosq; labores perferentem, sine vlla relaxatione. Neque enim me latet, quot quantisq; vexari malis solent nauium gubernatores, qui nihil aliud in vita quàm nauigationem exercui: atque ita exercui,

exercitâ, vt nihil illa grauius, nihil periclitatius contingere mortalibus putem: propter quod credibile magis tibi videri poteſt, ſi angebat me vtique fatigatio tua, repetentem animo antiquas, quas iuuenis etiam ſuſtinebam, nauticas fatigationes meas; quarum experientia iam edoctus ſciebam probè pari malo tuo condolere. CHA. Fruſtra propter me dolebas, Palinure: nam nihil moleſta mihi eſt ars mea. PAL. Quid ais? CHA. Aio gratam me habere & iucundam artem meam. Videt vt cruda viridisque ſenectus eſt mihi? Memini haud vnquam ab ipſa, quæ iam omnium annos ſupero, longæua ætate mea pertæſum me eſſe laboris mei, qui quotidie inſto alacrior atque valentior. Sed intelligo cur tu aliter tibi perſuadeas. Eſt enim communis hic morbus mortalium, vt ſortis ſuæ quenque diſtædeat ſemper, viuátque contentus nemo ſtudijs ſuis, laudent verò longè, ac beatiores exiſtiment omnes qui diuerſas à ſe artes atque actiones ſequuntur: verùm falluntur maximè opinione ſua. Nam ſi rectè intueri velint, cognoſcent perſpicuè, nullum eſſe in vita eorum ſtatum qui non magnis ſcateat miſerijs, quem non magnæ grauésque perturbent vndique moleſtiæ & vexationes. Et ſi detur aliquando vt alter in alterius ſtudia transferatur, quàm videas tunc ſua cuique leuia videri, quæ priùs præ grauitate accuſabat: contrâque ea grauiora, quæ priùs leuia videbantur? Itaque ſi benè conſideres, Palinure, non eſt ita grauis mea conditio vt cenſes, neque propterea quòd nauclerus ſim, ſum eo miſerabilior. Sed tu (vt video) ſequeris vanos errores mortalium, ego verò integritatem tantùm, iudicij & veri lucem ſecutus, dego contentus ac lætus ſorte mea, neque adſcribo mihi calamitatem, quòd deſudem quotidie nauigando, & defatiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horum, qui mecum ſimul vltimas

ſedes colunt, me eſſe beatiorem, non ipſos iudices, Minoëm, Rhadamanthum & Aeacum, quanquam magna omnes emineant poteſtate: non ipſum Ditem, quanquam ſceptro potens ſit, atque regna iſta moderetur. Sunt namque & illis ſui labores, ſuæq; moleſtiæ, & maiores fortè, quo & maiore regiminis ſarcina premuntur. PAL. Potes de te tibi, Charon, perſuadere vt libet: mihi enim de me nunquam perſuadere poteris, quin ars noſtra ſine vlla comparatione cæteras laboribus & periculis excedat. quod liquidò tibi probarem, niſi quòd vereor ne tædio te afficeret fortaſsè longior narratio noſtra. CHAR. Imò ſumma me afficeret recreatione. Nam & delectat me tecum ſermocinari, & nauigantibus etiam magnam animorum refocillationem afferre ſolent huiuſmodi confabulationes. PAL. Quando igitur non eſt tibi iniucundum, proſequar ſuſcepti ſermonis noſtri rationem, vt intelligamus, non eſſe duriorem vllam, quàm nautarum ſortem: quod tibi facilè perſuadebo, ſi animaduertas, quos æſtus & frigora tolerare eos, quos perhorreſcere tonitrus & fulgura, quibus perfundi imbribus, qua ventorum rabie agitari quotidie neceſſe ſit. Si cognoſcas quoties eos torqueri fame & ſiti, quoties ſqualore etiam teterrimo conſumi contingat, ſi attendas habitationem eorum inſtar carceris, ſupellectilem vel nullam, vel ſordidiſſimam, ſtrata dura, cibaria aſpera, potum immundiſſimum, indumenta ſpurca, incommoditatem rerum omnium, noctes inſomnes, & ſub diuo ſemper, & inquietas. taceo perpetuum alioqui quoddam eorum exilium. quos patriæ eorum exteros, profugos, vagos, palantes, ignaros quietis, priuatos omni (quo nihil eſt in vita dulcius) coniugis, ſaboliſq; fructu ac iucunditate, quis non abiectiſſimos, longéque omnium mortalium miſerrimos eſſe iudicabit. Prætereo Scyllam,

lam, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infesta nauigantibus maris pericula. Omitto tempestates, quibus nec visu quicquam est tristius, nec horribilius, quibus & ad summum vitæ vsque discrimen quotidie iactantur, quatiuntur, & (quod sæpè accidit) submersi tandem obruuntur. In qua re nemo est qui idoneus magis quàm ego, testis adhiberi queat: qui cùm multis fuerim quassatus tempestatibus, tum ea maximè, quæ me ex Sicilia in Italiam nauigantem inuasit, tam sæua atque horrens, vt horrori sit adhuc mihi eius recordatio. Non possum certè vt par esset, explicare tibi acerbitatè illius tempestatis, sed quanta extiterit, ex hoc facilè coniecturam facere potes, quòd Aeneam ducem, cuius summa constantia & animi fortitudo vbique decantatur, vidi ego contrementem grauiter, atque ingementem, extentisque ad cœlum manibus, beatos longè inclamantem eos, quibus ad Troiam oppetere contigisset, lamentantémque pari ab eorum morte, ac fortissima, à Diomedis gladio se ereptum extitisse, crudelem equidem diem illuxisse omnibus vltimum: neque ex numero nostro quenquam putaui euasurum, non ipsum Aeneam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, grandeuúmve Alethem, quorum naues longè disiectas, ad summúmque penè exitium adductas, nescio quæ vis illa nisi diuina liberauit. CHAR. Non incognita mihi narras: hæc ea ipsa die resciui. PAL. Quo id modo? CHAR. Quo id modo, rogas? An acrem illum fidumq; Orontem ignoras, ductorem Lyciæ nauis? Is quidem tunc submersus concessit ad me illicò, exponens mihi ex ordine omnia quæ tu disseruisti, implorans deinde opem, rogitansq; maltùm vt se vlteriore in ripa sisterem: quod nunquam passus fui, quũ interfluctus adhuc corpus suum sine sepulchri honore iactaretur. Nunc agit sese circum hæc stagna mœstus atque errabun-

dus vidiſti illum? PALIN. Et tum vidi, & vnicum meorum ſolatium habui, dum tantiſper in ripa moratus, pari cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falſa de triſti eius interitu retuliſti, cuius adhuc imago ſubit mihi, dum excuſſum è puppi, contortúmque ter eum atque circumactum (horrendum) à fluctu, rapidus tandem æquore vórtex abſorpſit. Sanè quod ad me pertinet, nihil ediſſeram: qui licet eam euaſerim tempeſtatem, amarum tandem aliquando etiam vitæ meæ finem inueni, excuſſus & ipſe pariter atque iactatus inter vndas: quod deerat, inſuper ferro prætereà obtruncatus. Ex quo nec tantum mihi timui, quàm Aeneæ meo, ne tantis vndis ſurgentibus ſpoliata magiſtro nauis deficeret. Hæccine eorum deliciæ, opes, tranquillitas? ſic illis viuitur, ſic moritur. Tui nunc & aliorum defende ſtudia & artes, contendéque, ſi libet, maiorem eſſe etiam eorum miſeriam & calamitatem, qui patrias incolentes ſuas, vxoruḿq; ac filiorum ſocietate beati quieſcunt, gaudent, ludunt, hortantur, amicitias colunt, exercentur commodè, habitant magnificè, veſtiuntur cultè, conuiuantur lætè, cubant molliter, iucundos ſuos ac geniales agunt dies. Adde, qui in vrbibus optimates & primarij magnam ſibi vendicant authoritatem, habentúrque ſummo in precio atque honore, qui ius dicunt, qui cauſas agunt aliorum, qui faſces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel aſſiſtunt principibus, vel principes ipſi magni illuſtreśq; ſunt: quibus nec optabilius quicquam in vita eſſe video, neque beatius. CHAR. Falleris longè, Palinure: nam quos beatiores eſſe arbitraris, miſeriores illi ſunt vlla ſine dubitatione. Neque enim negauerim ſortem ſubiectam eſſe nautarum magnis malis: ſed ita ſubiectam, vt comparatione aliarum, quæ maioribus etiam grauantur incommodis, minùs certè miſera iudicanda ſit. Quid

enim

nim tristius, vt ad tuos veniam qui patrias suas colunt, quid miserabilius, quàm domi suæ agere, & ita agere, vt iucũdios em aliquando quàm vitam mortem optes? Quæ vlla maor calamitas, quàm circundari vrbem hostibus, ingruere ellum, volitare tela, stringi enses, perfodi muros, fremere ormentis, saxo dirui, domos tremefieri & concuti? quemque fame sitiq; deficere, corrumpi aërem, occupari mœnia, spoliari templa, diripi patrimonia, publicari bona, incendia arari, malos exultare, bonos torqueri, affici conuitijs, exelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidari filios ante parẽtum ora, vim pati vxores, stuprari gnaas? Videntur an hæc tibi mala, Palinure, & an his quæ tu neministi, vlla ex parte comparanda? PAL. Quàm vera narras, ô Charon, quàm nunc vel audiens ista perhorresco? Venit enim mihi in mentem grauis illa & deploranda patriæ meæ [b] desolatio: Troiæ inquam, tam præpotentis olim atque prædiuitis, cuius euersione nihil credo referri posse crudelius aut lachrymabilius: tantaq; fuit calamitatis eius magnitudo, vt longè plura etiam atq; tristiora quàm tu suprà memoraueris, sibi contigerint: quæ si velis, omnia tibi, vt rem certiùs agnoscas, explicabo. CHA. Haud opus est, Palinure, quoniam & tempus non patitur, & ego hæc omnia non secus ac tu nota atq; comperta habeo. Nam & mihi renunciauerunt vt quæq; aduentabant animæ ex illo bello profectæ. Nihil certè, vt nunc tu dixisti, peruenit ad aures meas crudelius aut lachrymabilius. PAL. Faxo vt iubeas: sed aduertas, Charon, grauissima licet hæc sint, rariora tamen contingere, quàm ea nautarum quæ suprà exposui. CHA. Referam ergo alia frequentiora, & ex ipsis quidem met ciuitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miseriam. Vade oro, & per ciuitatem, plateas, porticusq; discur-

re? quid aliud offendes, quàm oblatrantium maledicta, insimulationes pestilentissimas, optimi cuiusque dilacerationem, quid non? exploratorum insidias, inuidentium q; venena. Diuerte modò gressum, & artificum mercatorum q; tabernas ac conuentus pete: quid aliud deprehendes, quàm sermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptiones q; manifestas? Transfer dehinc te in fora publica, sedes q; iudiciarias: quid aliud audis quàm vndique omnia magno strepitu ac clamore misceri? Quid intelliges aliud, quàm cædes, hominum compilationes, furta, grassationes, conspirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, nisi litigatorum iurgia & contentiones, testium periurationes, causidicorum præuaricationes, iudicum corruptiones, præsidum ambitiones ac rapinæ? Quos ibi alios obuiam tibi habebis, quàm exultantes improbos, lugentes bonos, oppressas viduas, proculcatos pupillos, egentes prostratos? Attolle postea altiùs oculos, & atria principum perscrutare, quam non videbis ibi assentatorum exaltationem, speculatorum acceptionem, militum audaciam, fœneratorum voracitatem, quæstorum improbitatem, quam non potentum hominum in tenuiores vim atque insolentiam? Quas non concussiones? quas non populationes? quos non innocentes accusari, criminari, carcerari, proscribi? PAL. Grauia hæc nimis ac miserabilia. CHA. At restant alia, quæ non minùs tibi grauiora & miserabiliora videbuntur. PAL. Perge. CHA. Quæ fortassis etiam grauiora & miserabiliora iudicabis, quoniam domestica ac frequens magna est eorum pestis. PAL. Fare. CHA. Nolo tibi, Palinure, afferre in medium graues longos q; artificum & negociatorum labores: non eos quibus afficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus causidici, cæterarũ q; disciplinarum sectatores, æstus, algores,

ulgores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, cædes, districtas habitationes, infinitáq; agendi, cubandi, vescendi incommoda vel fastidia, lassitudines, vigilias, solicitudines, odia, & infamationes. Nam si complecti cuncta sermone meo atque exequi voluerim, tot tantáq; dicenda se offerent, vt præ longitudine malorum ac mole, citiùs nauigatio nostra quàm oratio finem possit inuenire. Omittam itaque, & commemorabo tantùm quas inter domesticos parietes, tum seruorum, tum vxorum ac filiorum molestias ac turbationes pessimas perferre solent, qui gubernationi præsunt rei familiaris. Quam si ita vt naualem expertus esses, facilè quicquid dicturus sum, me etiam tacente & intelligeres & approbares. Nam seruorum primò in dominos semper prompta maledicta, furta, impositiones, fugas, arrogantiam, negligentiam rerum dominorum, temulentiã, edacitatem, somnolentiam, tarditatem, ignauiam, nemo est qui non videat magnam afferre his qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios, quorum amore nihil dulcius esse fertur, quãta animi cum amaritudine aspiciant parentes vel ægrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, satis existimo etiam te intelligere. Quàm verò grauem & anxiam credis esse eorum vel parturitionem, vel educationem, vel institutionem? Quoties pro eis bonos parentes gemere, suspirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immensáq; adeò cura aluerunt, vel parùm sibi audientes, vel rebelles ac infestos postea habere contingat? quàm dolenter eos ferre arbitraris dum insani & vecordes sunt, dum hebetis & crassi ingenij, dum effœminati & molles, dum dilapidant & euertunt patrimonia, dum nulli bono operi & studio intendunt, dum per præcipitia vitiorum omnium vitam ducunt suam?

Quid

Quid de vxoribus loquar, quas dos tumidas, genus insolentes, forma suspectas, deformitas reddit inuisas? quarum lingua nihil perniciosius, quarum audacia nihil prodigiosius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quæ iurgijs semper & contentionibus obtundunt viros, quæ semper conquerantur, semper exprobrant, semper insidiantur. Quibus quum desint cætera, nunquam tamen lachrymæ, gemitus & suspiria. Quæ cæca sua (qua tantum ardent) ornamentorũ ambitione exhauriunt opes, labefactant domos, cogunt maritos in malos quæstus, in dira scelera. Non refero turpissima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis quicquam. Ea quanto dolore afficiant bonos coniuges, nemo satis vnquam meo iudicio enarrare posset: sed magnum doloris argumentum præstant, & grauissimas cædes, & ingentia quæ sæpe propter corruptas vxores bella exarserunt. PAL. *Hoc plus quàm vellem, scio: nam arduũ illud quod ego vidi Græcorum & Troianorum bellum* [b] *propter Helenæ raptum, in eam excreuit rabiem, quam nulla mundi regio ignorauit.* CHA. *Quæ toti Mundo manifesta sunt, ea tantum nosti, Palinure: at si singula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum stuporem, vt stupescens etiam præ miseratione coniugalem vitam lachrymares.* PAL. *Hui quid narras?* CHA. *Narro quæ quotidie video & pertracto.* PAL. *Ergo connubia putas polluta & coinquinata?* CHA. *Minimè: id nunquam dixerim.* PAL. *Atqui multas memini me vidisse ea præditas honestate, ea religione, ac vitæ integritate, vt diuinum quiddam magis quàm humanũ redolere viderentur.* CHA. *Et multas vtiq; eiuscemodi esse confiteor, sed eas quidem, quæ optimis honestissimisq; ortæ parentibus, ebiberunt à primis annis sobrios & castos mores: quæ sanctis parentũ suorũ exemplis educatæ,*

lucatæ, vitam instituerunt, peccare castigatæ, sapienter ad
ansuetudinem edoctæ, ad pietatem, ad fidem, ad diuinum
ltum, ad rectũ compositumq; regimen rei familiaris. Quæ
à thyasis, saltibus, iocis: quæ se à spectaculis, ab immode-
iore cultu, ab licentiore colloquio abdicârunt. Cæterùm
uæ contra sanctitatem, quæ malis institutis, peruersisq; pa-
ntum exemplis imbutæ, molliter vixerint, assuefactæ deli-
jis atque turpi ocio, quæ nihil nisi saltare, canere, fides pul-
re didicerunt, quæ prætereà oculis suis hauserunt, matrum
æsertim obscœnitates & immunditias: hasce qua fide &
ntegritate esse putas erga maritos? Illabuntur siquidem tan-
uam venena tenellis mentibus parentum exempla: inde ra-
ior etiam quàm reris, est hymenalis honestas, quo qui eas
el emendatis instituant moribus, vel sancto inuitent exem-
lo, parentes simul rariores habeantur. Prodeunt postea in
ublicum quæque etiam procaciores, aperta fronte, directo
ressu, quasi pudicitiam ipsæ consecrasse videantur. Et quæ
ecretum intra cubile probra gesserunt, cùm vestem indue-
int, illa contexisse atque occultasse existimant. Vosq; ea,
anum vulgus, ita vt cernitis, vera ducentes esse arbitrami-
i. At ego nihil quàm quod res habet, de eis iudico. nuda e-
im hîc omnia atque aperta sunt. Non veste hîc teguntur
naculæ, non pallio obnubuntur scelera. exertos omnes ac
udatos, rerumq; omnium vacuos prorsus huc ingredi opor-
et. Quicquid in vita malè tentatum, maleq; actum est, hîc
ronte coram ipsa demum gestatur, despoliatur, ostentatur.
Quare non mirum tibi videatur, si quorumcunque nota ha-
eo crimina, qui quorumcunque etiam nudas, ita vt prædixi,
ransueho vmbras. Quàm proinde ingentem video earum
urbam, quæ cùm impudicitiam longè apertam ostendant
iam, pudicissimæ tamen in vita habeantur? Quantas secum

in ma-

in maritos fraudes gerunt, quot ſimulationes, quot proditiones, quantam hypocriſim, quot aliorum obſcœnos amores, quot pollutiones, quot ſuppoſititios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni ſeminis ſuſceptas meſſes? At, quod ridiculum magis eſt, lugent poſtea ignari mariti haſce ſibi extinctas vxores. Laudant inter cœtus & prædicant quaſi pudicitiæ principes: ſtatuunt mauſolea: plurimi quoque epigrammata condi, orationes ſcribi & pronunciari curant, in laudem ac memoriam caſtitatis fideiq; earum ſempiternam. An hæc triſtia & amara eſſe cenſes, Palinure? Et an comparationem vllam habere putas cum his nautarum, quæ ea ſeueritate & acrimonia recenſuiſti, vt cætera læta, fauſta, deliciarumq; plena (ſi tibi fides daretur) exiſtimanda eſſent? PAL. *Haud equidem tanta in ciuitatibus priuatisq; domibus, quanta modo enumeraſti, mala regnare credidiſſem.* CHA. *Ita proficit, inexpertos ſermonem aliquando inire cum his qui multarum rerum vſum atque experientiam habent.* PAL. *Ita fit.* CHA. *Quòd ſi animaduertas, labores quos perferunt nautæ, corpori magis quàm animo infenſos ire, concedes amplius etiam ſententiam meam. Nam huiuſmodi res duræ aſſiduo quodam vſu & aſſuefactione mitiores fiunt, & quodammodo domantur: quas verò ego memoraui, cùm animum magis affligunt, non ita vſus & aſſuefactio mitigare atque edomare poteſt.* PAL. *Conſentio tibi iam, gaudeoq; in eam lucem te illuſtrante peruenisſe, vt intelligam tam magnam aliorum & maiorem etiam quàm nautarum miſeriam. Sed illud non poſſum intelligere, quin principes ſaltem ac magni viri, non dicam nautis, ſed cæteris inſuper quibuſcunque mortalibus beatiores ſint.* CHA. *Cur?* PAL. *Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis.* CHA. *Quibus?* PAL. *Ho-*

nore,

ore, gloria, opibus, delicijs, amicis, potentatu, imperio.
CHA. Hiſce? PAL. Hiſce, & multò pluribus. CHA.
errasti. PAL. Errorem hunc optâſſem in vita mihi. CHA.
deliras. PAL. Maluiſſem ita delirare, quàm tua cum ſen-
entia ſapere. CHA. Quid ſi nihil illis miſerius? PAL.
Quid ſi nihil beatius? CHA. Haud vnquam hoc mihi de-
nonſtrabis. PAL. Non tibi ij beati videntur, qui quicquid
id explendas voluptates optari poteſt, aſſequuntur? quibus
conuiuandi, cubandi, vnguendi, lauandi, ludendi, venandi,
iucupandi, ad omnem nitorem atque ſatietatem ſemper fa-
cultas ſit? Quibus quotquot velint concubitus fœminarum,
quotquot velint aua, equi, canes: quibus tot ſunt ſerui, tot
exculta palatia, tot munitæ arces, oppida? Qui tantum poſ-
ſideant auri, gẽmarũ, veſtium, ſupellectilis? Quibus audiant
omnes, aſſurgant, inclinent? Quos populi vereãtur, timeant,
laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant,
proſcribant, puniant, extollant amicos, vindicent inimicos,
trucident rebelles? CHA. [d] Non eſt tam magna vt exiſti-
mas, Palinure, eorum beatitudo. Nam parit certè faſtidium
tanta bonorũ continuatio, tantáq; affluentia, neq; ſapit tan-
tum, quæ non aliquando intermittitur voluptas. Prætereà
quomodo eos tu beatos iudicare potes, qui tantis opibus atq;
delicijs ſuis nunquam fruũtur cum iucunditate, nunquã cum
gaudio? qui in tanta rerum copia nunquã exhilarent ſe, nun-
quam releuent animũ, nunquã exultent? Qui tanta licet bo-
norum vbertate redundantes, triſtitia tamen ſemper obdu-
cantur, ſolicitudine premantur, anxietate torqueantur? Non
tibi multò optabilior videtur priuatorũ conditio, quorum &
vita ſecurior, & voluptates etiam, ſi mentem intendes, ma-
iores ſunt? quos ſumma ſemper cõdit hilaritas, mulcet feſti-
uitas, explet alacritas? Quantã putas afferre delectationem,

qua

quæ communis cum vxoribus & filijs vita exigitur, dum cubant tutè, vescuntur lætè, iocantur modestè? [e] Quàm dulcem esse arbitraris amicorum inter se & æqualium parem vitam, domesticum vsum, frequentem conuentum? Quid eorum amore suauius, confabulatione gratius, curis melius atque commodius? Quantum credis lætitiæ & exultationis habeant eorum conuiuia, ludi, cantus, saltationes? quantum dilatent animos & permulceant? quantum emanet mellis? cuius nec stillam principum aliquis degustauit. PAL. Haud intelligo, Charon, hanc quam refers regum tristitiam atque anxietatem, qui inter risus tantùm, blanditias iocosq; versentur, quibus semper psallatur, canatur, plaudatur, & quicquid ad transigendam hilarem vitam excogitari potest, exhibeatur. CHA. Etiam, vt video, iudicas, Palinure, quæ oculis tantùm patent: quo errore decepti mortales, plurimũ seduci solent: sed quod certum afferre possunt iudicium exteriora corporis, quæ velamenta quædam magis sunt veritatis? At quid certi promittere & ostentare potest [f] frons hominum, quæ plures quàm Proteus species mentiri, atq; in plures mutari queat? Considerandæ sunt secretæ animi fibræ: perscrutandæ sunt interiores mentis latèbræ: quas si peruidere ita vt frontem posses, proh dolor, quantam ibi malorum turbam, quantam formidinum atq; strepitationum aciem introspiceres, quot angores, solicitudines, suspiciones? quot pestilentes morbos & perturbationes? quãta aperirentur vlcera, quot plagæ & cædes, quot insidiæ, quot enses, & telorum infinita genera? quæ nec somnos eorũ quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium iucundum, nec delicias iocosq; lætos esse permittant. PAL. Nesciebam adhuc hæc eorum qui dominantur mala: sed cur illis contingant tanta, non capio. CHA. Contingunt tanta propter graues

graues inimicitias, acerbáq; odia quæ continuè cum finitimis iuitatibus, cum subditis sibi populis, cum semet ipsis etiam gerunt: quo fit vt ingraueſcentibus odijs, increſcentibusq; niurijs, quibus quotidie afficiunt quemque, neceſſe ſit illos orqueri & affligi grauiter, confidere nemini, ſuſpicari omnia, Poſſunt extimere muſcas etiam (vt aiunt) volantes, gaudere & lætari nunquam, triſtitia & mœrore detineri ſemper. PAL. Adducis me facilè vt credam ſuſpectas eos habere finitimas ciuitates, cum quibus & infenſa odia confiteor, propter continua quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimùm incenduntur. Cum ſuis verò quibus imperant populis, nihil accipere poſſum niſi amorem, & dulciſsimam pacem. Porrò ſi cum finitimis ſint inimicitiæ, ſi oriantur bella, ſic demum etiam augentur imperia, ſubducuntur oppida, profligantur acies, ſpoliantur & captiuantur hoſtes, populationes fiunt, trophæis decoratur patria, victorijs celebratur, triumphis extollitur. Ob quæ & principum gloria, & vrbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter ſe lætitia, atque erga principes fides & amor creſcit. CHA. At tantum narras quæ proſpera ſunt & læta, ac quæ frequentiùs accidunt aduerſa & triſtia prætermittis, quaſi ſemper eos putes debellare hoſtes, potiri victoria, triumphis exultare, nunquam verò vinci, proſterni, agros ſuos popularì, bona ſua diripi, & è ſuis ſe oppidis deijci. Sed maiora hæc prætereamus, de minoribus tantùm dicatur. Quippe ſi conferas quas ſtrages ſuorum & cædes ſuſtinent, comperies longè maiore damno quàm lucro partas eorũ victorias conſtare, diſcuſſáq; ratione deceſsiſſe plus illis, quàm acceſsiſſe. His adijcias, vt populorum etiam ſuorum odia, nedum finitimorum intelligas, quòd ad inferenda bella & perſequendos hoſtes opus illis eſt ingenti & munito exercitu, multo nauigio,

gio, longa armorum & machinarum præparatione: quæ quum magno & inæstimabili constent sumptu, nec propriis suppeditent redditus, necesse est nouis vectigalibus vexare populos, nouas indicere præstationes, nouas angarias: augere tributa, multiplicare onera, exhaurire æs omnium, eradere marsupia, imò viscera pauperum, paruos atq; magnos diripere, spoliare, conculcare. Inde fit, vt quum inuisos manifestè se cunctis intelligant, suspectũ tum sibi incipiant habere quemque: nullius fidei, nullius amicitiæ credere, coniectare omnia in malam partem. Habet enim hoc in se pessimum malefactorum conscientia, vt quos iniuria affecit, nunquam reuocari in amicitiam, nunquam mitigari, & ad veniam moueri posse putet: proinde magis insurgitur, grauiores itur in iniurias. hunc proscribunt, illum carcere includunt: quorundam patrimonia publicant, alios iugulari aut strangulari iubent. Voluntate pro ratione vtuntur. Eorum quoq; quos tantis læserunt malis, cognatos, affines, amicos, socios, seruos, quasi fidei suæ diffidentes, persequuntur. Tum cæteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponũt sibi, acuuntq; ipsi non minùs odia. Nam non minùs rebus suis ac saluti suæ timent. Ita pedetentim ciuitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odijs incenditur, coquit nouas cogitationes, noua consilia molitur. Mox eò deueniunt, vt hæc intelligentes videant quantæ ruinæ quantoq; præcipitio subiaceant, quàm tenuissimo quasi quodam filo pendeant imperia sua. Tunc cernas eos pallere, tristari, consumi, expauere omnia, torqueri scelerum suorum conscientia (quæ prima est pœnarum omnium) timere hostium insidias, ciuium conspirationes, domesticorum proditiones, oppressorum vindictas. Tunc securum nihil existimare, nisi quod vi ac ferro tueantur. Propterea non credunt se tutò cuiquam, non ministris,

ſtris, non neceſſarijs, non germanis, quorum maiorem etiam quàm aliorum authoritatem magis formidant. Arcent ſe ab aſpectu & præſentia omnium, cingũt ſe foſsis & aggeribus, claudunt ſe arcibus, quaſi ad perpetuos damnati carceres. Cuſtodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis, vt obſideri eos putes, circumuallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil iucundum. Dormiunt cum magna inquietudine, cum maiore etiam vigilant. Terret illos conuentus hominum, angit ſolitudo: timent colloquia, timent ſalutationes, timent dona. Suſpecti illis aditus, ſuſpectæ ſellæ, ſuſpecti cibus & potus, qui nec etiam niſi præguſtati ſumuntur. Suſpecti pellicum & item vxorum tori: quibus mirum eſt cur ſine cuiuſquam præguſtatione congrediantur. Ipſos verò quorum ſe cuſtodiæ commiſerunt non minùs extimeſcũt, quibus quum carere nequeant ob tutelam ſuam, eò magis augetur eorum timor & miſeria, quò armatos pro firmiore illos præſidio eſſe neceſſe ſit. Quare alieni genas & barbaros homines, atque abiectiſsimos quoſq; ſibi deligunt, eoſq; frequentiùs comitantur. Deijciunt ſæpiùs ac exterminant, quò ſaluti ſuæ, ſi non alia, at ſaltem hac via conſulere poſsint. Quid fœdius & ignauius dici queat, quàm hominib⁹ immanibus ac flagitioſis ſe committere: ſuos verò, prudentes, ſobrios, iuſtos ſpernere atque deuitare? Quanta iſta tyrannorum felicitas, quos continuus & ingẽs ſemper angor afficit metus, quo nõ modò animi grauiter excruciantur, ſed cuncta inſuper dulcia mundi dona fugantur & diſsipantur? Quantæ iſtæ eorũ deliciæ: quanta gaudia, qui tranquillitatem nũquam & pacem ſibi, ne dicam populis ſuis aut hoſtibus conceſſerint, expertes omnino tam ſanctiſsimi atq; omnium dulciſsimi boni? Quæ'nam obertas iſta bonorum, quæ diſtracti aliunde, neque ſciant, neque viſant, neque pertractent, neque

guſtent vnquam? Quanta iſta imperij bona, quæ quum ipſi videre & attrectare non poſſint, committant neceſſe eſt aliorum curæ & gubernationi? ignari rerum ſuarum, neſcij omnium fermè quæ ſub ſe geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his præſertim, quos præ cæteris auxerunt: quibus tamen quum ſe credant, quot innocentium criminationes, quot facinoroſorum falſas commendationes audiunt? Quoties eorum fidem ſequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficijs, illos pœnis afficiunt? Quodq; grauius eſt, quoties ipſis etiam videntibus, hi quos tantum extulerunt, pro ſententia ſua in foro quoſque lædunt, concutiunt, opprimunt, atque dilaniant? Quid mirum ſi exaredeſcunt poſtea populorum odia? ſi labefactatur poſtea eorum ſtatus atque deſolatur? Quanta iſta, quamq; optanda imperia, cum quibus & ſeruitutè peſſimam degant? ſubiecti tantis perturbationibus, tantis inſidijs: ſubiecti ipſis etiã quos ſibi ſubiecerunt: conſtricti quaſi quibuſdam regni compedibus: clauſi intra arces, quaſi magni alicuius criminis rei: coarctati inſtar ferarum: excluſi ab omni quæ foris capitur recreatione, & priuati libertate: quod eſt tam dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modò, ſed cæteris inſuper quibuſcunque animantibus: cuius priuatione quid eſt quod triſtius aut infelicius contingere poſſit? PAL. Non credis Charon bonos aliquos, mitisq; & moderatæ naturæ Tyrannos eſſe? CHA. Imò multos credo: ſed tanta eſt dominandi libido, tantus ardor, tanta neſcio quæ peſtis ingenita, vt quos ſemel inuaſerit, ſint ſumma quamuis bonitate præſtantes, adeò illiciat eos, illicienſq; deprauet, vt vita potiùs quàm imperio quod iam occupauerunt, carere poſſint. Vel ad conſeruandũ, vel ad amplificandum contendunt vnguibus dentibusq;: ac propterea nemo eſt tam bonus tyrannus, cui non

conſer-

conſeruationis amplificationisq; ſuæ gratia, multis magnas inferre iniurias, atque ob eas illatas non plurimùm timere, plurimásve pati anxietates contingat. PAL. Miror cur tantis in malis, quæ planè ita vt narrâſti, vera eſſe puto, appetant tantoperè mortales imperium, niſi id fortaſſe faciunt cupidine honoris & gloriæ: quod nimirum tam præſtans atque excellens bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modò expoſuiſti miſerias. Dulce quippe eſt mandare alijs, præferri omnibus, eminere, præcellere, venerari, timeri, ſupplici ter exorari, aſſurgi ſibi, via decedi, inclinari ceruicem, flecti genua, audire laudes ſuas, & rerum bene geſtarum decantationes. Quæ quum & diuina numina plurimum capiant, facilè intelligi poteſt, quantum & his quoque mortalium mentes capiantur. CHA. Quæ tanta capere poteſt Tyrannos vllos honoris aut gloriæ exhibitio, qui ſe certò inuiſos omnibus eſſe ſciunt? A quibus ſi laudentur, ſi audiantur, ſi ſibi aſſurgatur atque incuruetur, intelligunt palàm vel aſſentationis vel timoris cauſa id fieri. Quare non eſt ita dulcis vt putas, huiuſmodi honoris & gloriæ exterſio magis quàm exhibitio. At verò dulcior is eſt qui in priuatos homines ab amicis & beneuolis honor exhibetur propter aliquod eorū egregium facinus, aut excellentem virtutem. Vera iſta gloria, verus iſte honor, ac dignus quidem quo & diuina numina capiātur. PAL. Nullam ergo video cauſam cur tantoperè imperia deſiderentur, deſideratáq; conſeruentur: niſi quòd habēdi cupido, qua tantum trahitur humanum genus, in his maximè expletur. Quò enim quiſque plus auri, agrorum, ædificiorum, oppidorum acquirere poſsit, nullo parcit labori, quantumuis magno & intolerabili: neque vllus tam amarus labor, quin propter quæſtum & maiorem rerum cumulationem dulceſcat. Ita quum tyranni ſuper omnes plus

poſsideant, ſuper omnes etiam beatiores videntur, licet cæ-
tera eis triſtia ſint atque peracerba. CHA. Neq; iſtud quidē
affert vllam beatitudinem. Nam in primis non efficit diui-
tem maior abundantia, ſed minor cupiditas. Qui enim par-
uo contentus eſt, id tantum cupit, quod neceſsitati vitæ ſuf-
ficiat. Is abundè eſt locuples, propter honeſtū, quod facilius
implere poteſt, deſiderium: quod quum & impleuerit, libera-
tus eſt ab omni qua alij rapiuntur habendi anxietate. Qui
verò quantumlibet diues plura concupiſcit, pluribus indiget:
quia perſeuerante acquirendi inſatietate efficitur minus vo-
ti compos. Quò enim magis creſcit multarum rerum poſ-
ſeſsio, magis etiam cupiditas: neque finem vnquam habet
vorago illa cupiditatis. Deinde non eſt iudicandus quiſque
vel locuples multitudine, vel pauper paucitate diuitiarum:
ſed vel verū magis implemento, vel neceſsitate. Nam ſi mul-
titudinem excedunt ſumptus, quomodo poteſt is credi diues,
qui minus habet quàm neceſſe eſſet? Quare quum neceſsi-
tatem ſapiùs magnam patiantur qui tantam imperij molem
adminiſtrant, indigentiores etiam putandi ſunt priuatis ho-
minibus: quibus licet tenues ſint opes, an neceſsitatibus ſaltē
ſuis vel pares ſunt, vel ſuperiores. Taceamus graues quas
quotidie expilationes vel rapinas perferunt à quæſtoribus
ſuis, & ab his maximè quorum fidei magis credunt: qui quò
maiora etiam nacti ſunt imperia, eò maiora vtiq; furta, ma-
iorem q; proinde rerum ſuarum diminutionem patiuntur,
à quibus priuatos ſaltem homines liberos eſſe conſtat, qui
& diligentiùs patrimonia ſua ipſi per ſe curare, & attentiùs
omnia intueri poſſunt. Dicamus verò curas & labores quos
in adminiſtrandis tantis opibus, gubernandoq; tanto poten-
tatu tolerare eos oportet, quorum fortiores quàm Herculis
humeros eſſe neceſſe eſt ad ſuſtentandam tantam molem:

plures

lures etiam quàm Argi oculos ad tantam rerum varietatem peruidendam atque distribuendam: plura quoq; quàm ani aut Vertumni capita, ad intelligenda examinandaq; ot ac tanta cùm hostium tum populorum suorum quæ illis egocia deferuntur. Quæ tanti animi vis, quæ non debilitur? quæ tanta soliditas, quæ non concutiatur? quæ tanta romptitudo, quæ non remittatur? Cuius est tanta valetudo tantum robur, qui se tam vasto curarum ponderi parem iudeat polliceri? Cuius est adeò æquabilis & moderatus animus, adeò perseuerans, quin tam multis tamq; cõtinuis laboribus non defatigari, non quassari, nunquam quoq; confringi possit? Omittamus mortales: de nobis tantùm, qui hæc vltima loca colimus, loquamur. Vtrum putas, Palinure, beatiorem esse, vel me, qui pauperrimus sum omnium, qui nihil præter hanc quam cernis pusillam lintrem possideo: vel Plutonem, tam lati tamq; immensi regni tyrannum? Intelligo, etsi taceas, quale de hoc sis iudicium prolaturus. Crede mihi, minimè meum cum suo statu commutarem. PAL. Quare? CHA. Quia lætus ago, & summa cũ quiete. Non vllius rei vllam gero, nisi transuehẽdi hasce huc descendẽtes animas, & conseruandi incolumem hunc faselum meum, solicitudinem: in quo dicam tibi quicquid est quod me grauet. Quum enim propter vetustatem fatiscat aliquando rimis, curare me oportet vt restituatur integritati suæ. quare eum consuo sæpius, & obstruo si quid rimarum est. hæc omnis mea cura est, hic omnis labor. At Pluto cum tantis diuitijs suis, ac regno tanto, nunquam lætatur, nunquam quiescit: tot curis carpitur, quot repletur hic vmbris locus. Implicatum semper habet vbique animum. hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intentus locis, omnibus occupatus ministris. huic mandat, illum terret, alios acciri iubet. Metum illi om-

nia incutiunt: nunc terræ hiatus, nunc motus formidat. Sæpe illum trepidare cogit lampas Phœbi, ne vlla ex parte irradiet regno ſuo. Sæpe & fulmen magni fratris, ne penetret Auerna atq; labefactet. Quoties vidi ego illum, dum rebus ſuis timet, inuectum ſummo curru peragrare omnem hanc regionem, luſtrare fines, ſcrutari omnia diligenter, aſcendere etiam in ſuperum orbem, circumire terras, perueſtigare quodcunque periculum perferre poſſet, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere: quæ quum multis in locis, tum maximè ea ſolet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiam eum terrent, propter magnas reluctationes Typhœi gigantis, quibus totam conquaſſat illam patriam. Nam poſtquam ipſe auſus fuit bella inferre cœlo, iniecêre ſuperi eius corpori Trinacriam, ſub qua ab omnibus vndique montibus preſſus & grauatus, conatur ſæpe ſe attollere, impoſitaq; ſibi reijcere: proindeq; magnos concitat motus, ac tantos quidem, vt hæc loca noſtra concutiat grauiter & tremefaciat. Cogita nunc quàm læta & optanda ſit ſors huius inferni tyranni, cuius tot diuiditur animus curis, tot propellitur tumultuationibus: quem tot oporteat præcauere pericula, tot diſpenſare miniſteria, omnia percenſere, omnia corrigere, omnia vel ipſum gubernare, vel alijs gubernanda committere. Attende rogo, & vel ex hoc vno collige eius felicitatem. Nam ſi me deficere contingeret huic nauiculario miniſterio, quod ita neceſſarium eſt vt vides, neceſſe eſſe eum vices meas ſubire: ne alioquin deficiente portitore, regno ſuo malè ſuccederet. PAL. Hoc profectò non modò verũ eſſe video: ſed manibus etiam ipſis (vt aiunt) tango. Nam ea nocte qua aliàs ſomno grauatus è puppi in mare excuſſus fui, id continuò ſenſit Aeneas meus, qui errantem ſine magiſtro nauem intelligens, gubernauit eam tota ipſa nocte, non indignatus quòd quæ

ſceptrum

ſceptrum geſtare ſolebant, remum etiam manus attrectarent. CHAR. De magno eius germano nihil loquor. nonne latet, quantos & ille labores ac curas ſuſtinet: ſed id præcipuè ſcio, quum temeritate Phaëthontis totus penè orbis conflagrâſſet, quantum tunc regno ſuo timuit, quantum tota cœli mœnia circuit, & ne quid labefactatum viribus ignis corrueret, explorauit. Prætereo tertium fratrem, moderatorem vndarum, cuius plurimæ etiam ac maximæ curæ non facilè explicari poſſent, ſed præſertim quæ ſub illa quoque Phaëthontea conflagratione ad ſummum penè vſque exitium cum toto regno ſuo eum affecerunt. PALIN. De hoc poſſum, quod oculis meis vidi, afferre teſtimonium. Vidi enim quidem tempore illius quam ſuprà retuli, horrêdæ apud Siciliam tempeſtatis, commotum grauiter Neptunum, & ex alto proſpicientem vocaſſe ad ſe Eurum & Zephyrum, & increpatis acriter eis pro tanta ſuſcitata tempeſtate, placaſſe ocyùs omnia, atque tranquilla reddidiſſe. Quod argumentum præſtat mihi euidens plurimarum, vt inquis, ac maximarum, quòd omnia in latiſſimo imperio ſuo paria ſint, curarum ſuarum. CHAR. Dic oro, Palinure, putásne iam beatam eſſe tyrannorum vitam? PALIN. Minimé. CHAR. Optarésne viuens eorum ſortem? PALIN. Vt quid optarem, in quo nihil omninò optandum eſſe manifeſtè intelligo? CHAR. Ergo certè eos arbitraris miſeros? PALIN. Non miſeros modò, ſed omnium etiam miſerrimos. CHAR. Mirũ quòd modò eos tanta fruĩ beatitudine prædicabas. PAL. Quid mirum, ſi cæcus laudet tenebras, quas poſteà lucĩ reſtitutus damnet? CHAR. Vis vt & alia eorum mala tibi referam? PALIN. Reſtant item alia? CHAR. Et alia, & grauiora. PAL. Quid audio grauiora? haud vnquam iſtud credam, poſſe his quæ modò dixiſti, grauius aliquid

addi. CHAR. Credes quum audieris. PAL. Dic ergo. CHAR. Vides vt appropinquamus iam ripæ. non possum longiora tecum iam facere verba. PAL. Rogo te, mi Charon, ne fallas auidissimam expectationem meam. CHAR. an cæterarum vmbrarum quas in littore reliqui, auidissimam etiam expectationem vis vt fallam? PALIN. Non diu moraberis, perge, ô mi Charon. CHAR. Imò diutiùs quàm soleo, demoratus sum: sed lentus etiam nauigaui propter te, cuius confabulatione delectabar. PALIN. Age, ergo, vt facis, lentiorem protrahe nauigationem, vt quæ reliqua sunt dicenda, prosequi possit. CHAR. Ea tandem est tibi audiendi cupiditas? PALIN. Tanta. CHAR. Morem tibi geram: qua in re illud te scire velim, quòd [h] plurimùm miseram reddit mortalium vitam instabilitas scilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quisquam sibi polliceri queat. Quomodo is beatus censebitur, cuius summam quantumuis & plenã beatitudinem minima omnis disturbatio violare & auferre potest? Sanè quum omnia apud mortales infirma atque mutabilia sint, nulla tamen infirmior fors est atque mutabilior, quàm tyrannorum, quorum etiam quò maior sit exaltatio, & sublimata magis status altitudo, magis est proinde, quum mutari eos contingit, casus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, euersiones, trucidationes, vt nemo eorum ferè vnquam euaserit, qui non vel regno depulsus, vel veneno necatus, vel cruenta aliqua & pessima morte cæsus vel peremptus sit. Quis talem eorum vitam optârit, quæ pro modici temporis felicitate (si tamen illa felicitas appellanda sit) tam tristi postea tamq; amaro fine consumatur? Horret animus dicere. Nam ne credas ijs tantùm mortales subiectos malis esse, sensimus & horum magnam partem aliquãdo nos inferi, licet tam valida nobis & munita

munita ſit ciuitas, tam firma & præpotens, atque omnibus vndique præſidijs circumſepta. Non poſſum ſine dolore meminiſſe illius diei, qua Hercules heros ille fortiſſimus hæc regna penetrauit: perfregit fores, inuaſit regem, exterruit reginam, quam & antè ſocij eius rapere adorti erant, abſtraxit Cerberum, vinctumq; eum catena tum magna vi in orbem duxit, concuſſit loca omnia, trepidare omnes vmbras atque ipſos iudices fecit: me quoque non modicum læſit, quem erepta cymba conto hoc meo percuſſit, impulſumq; grauiter in mediam paludem exturbauit. Timui equidem tunc deſolatum iri barathrum totum. Credidi tunc ſupremum Plutoni finem aduenisſe regni ſui: neque minùs illum cum coniuge in prædam duci ad ſuperos, quàm tartareum canem: ſed paulò humaniùs cum eo actum eſt, quàm opinabar. Nam tandem ſibi ac regno ſuo benè conſultum eſt: neque tamen ita conſultum eſt, quin tricipiti cuſtode ſuo, qui tam perneceſſarius erat, ſpoliaretur. Quòd ſi opinionem meam, quæ communis erat, fata coæquaſſent: tunc cernere fuiſſet, vtrum beatior vel meus vel Plutonis tanti regis ſtatus eſſet. Ego quidē nihil ambigo, priuatus fuiſſem hac nauicula: hoc enim habeo tantū quod adimi mihi poſſit. priuatus etiam fuiſſem rege meo: ſed quotquot alios voluiſſem reges, procul dubiò inueniſſem, qui miniſterio meo indigentes, ſeruitium meū perlibenter ſibi delegiſſent: & fortaſſe hoc lucri feciſſem, quòd pro vetuſto & attrito, qualem hunc intueris, nouum mihi & magis ſolidum lembum acquiſiſſem. At Plato quantas opes, quantos honores, quantum regnum amiſiſſet? quantam in egeſtatem, quantam in calamitatem decidiſſet? Qui neque par aliud regnum, vti parem ego vel meliorem nauim: neq; parem alium famulum, vti parem ego vel meliorem dominum inueniſſet. Excedo iam modum dicendi: ſed ſi tempus ſu-

pus ſineret, narrarem & quibus olim curis vexatus, quantoque timore perculſus propter bella Gigantum fuit ſummus Olympi rector: cuius narratio maiorem etiam augeret eorum quæ ſuprà dixi, malorum confirmationem. PALIN. Haud opus eſt exemplis mihi. Nam nemo mortalium fuit, qui maiora quàm ego vnquam viderit eorum malorum exempla. Quid enim extitit his temporibus Troiano rege maius? quid opibus ſuis cumulatius? quid operibus munitius & pulchrius? & quid demùm exitu tantorum bonorum triſtius? quid crudelius? quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduũ & longum bellum, tot cruentas mortes natorũ ſuorum. Vidit euerſam funditùs & incenſam vrbem. Vidit latrantem coniugem, captiuatas nurus & filias, populationem tantarum diuitiarum: ipſe quoque, quod vltimum reſtabat illi ſenectutis ſuæ ſolatium, Pyrrhi enſe confoſſus, & crudeliſſima morte conſumptus eſt. CHAR. Quis meliùs me hæc nouit, qui cunctos hac ſcapha tranſuexi? A' quibus & omnem calamitatem ſuam ſeriatim perdidici. Notus eſt mihi abùndè Priamus, cuius cognito acerbo caſu non potui non dolere. Notus eſt Troilus, noti Hector & Deiphobus, nota eſt cætera tot filiorum ac nepotum turba: noti innumerabiles qui illo bello perierunt Troiani pariter & Graij duces. Nota eſt infinita quæ tunc occidit populorum manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorũ multitudinem huc deſcendiſſe, quàm illo: quo ita laſſatus fui, vt præ multitudine omnibus tranſuehendis minimè hæc cymba ſufficeret planè. Quid opus eſt tibi monitore ad aperiendas eorum miſerias, quas tu ſubiectas oculis tuis habuiſti? Quòd ſi pro anguſtia temporis liceret (iam enim video propiùs nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum tyrannorum, ex quibus creſceret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud poſſum quod certò

certò scio, tibi verum confirmare, nullum ferè me vidisse vnquam tyrannorũ huc descendentium (descendunt porrò omnes) qui non vel alicuius veneni infectionem, vel magnas vlcerum cicatrices, & sanguinolentæ alicuius mortis horrida signa præ se ferret. Ita mirum est videre tot ac tantos necatos, confossos, cruentatos, trucidatos. PAL. Quis nunc se tantis in malis tyrannum vnquam esse optabit? quis imperiũ assequi quæret, quæ iam certius certo cognosco magis fugienda esse, quàm Medusæum caput? CHAR. Audîsti quibus apud superos tyranni malis torquentur: sed si intelligeres quæ hîc apud inferos grauiora etiam illis parantur, perhorresceres & longè magis eorum sortem. PAL. Ergo & alia hîc tyrannis parantur? CHAR. Credis, Palinure, scelera quæ patrant mortales, hîc aliquando impunita esse? PAL. Hoc modò animaduertebam. CHAR. Animaduertendum est igitur tibi, quodcunq; in vita peccatur, pari demùm post mortem & respondente peccatis pœna puniri. Nã vt capias quod dico: si tu, Palinure, artem tuam nauiculariam viuens malè exercueris, si in dominum tuum mali quicquam vel cogitaueris, vel commiseris, si inaudiens dicto suo extiteris, inuenies hîc tibi præparatas his quæ deliqueris, similes pœnas. PAL. Nihil profectò, Charon, scio quod malè egerim, vel in dominum meum peccauerim, nisi somnolentam illam dormitationem meam, qua negligentiùs certò quàm debebam, me gessi. Nam magno in periculo nauim simul & dominum quem vehebat meum reliqui, nisi vigilantior ipse & cautior meliùs sibi consuluisset: sed pœnarum satis tum ob hoc crassum peccatum meum etiam in vita recepi. CHAR. Recipies etiam in morte. Ibis enim quum è naui te dimisero, ad seueros iudices nostros, qui examinant & censent delicta omnium. Ducent quoque te in examinationem, scrutabuntúrque crimina

tua.

tua. Videor verò videre quali te iudicabunt pœnæ subijciendum. PAL. Quali? CHAR. Parem peccato tuo tibi pœnam statuent. Nam quum somno peccaueris, æterno etiam te somno damnabunt. PALIN. Dormiam ergo in æternum? CHAR. Ita puto: nisi grauius sit aliud peccatũ tibi. PAL. Sic mites habeam iudices, vt non sit grauius aliud mihi. CHAR. Nullam ergo nisi somni pœnam patieris. PAL. Non hæc grauis pœna mihi videtur. CHAR. Neque asinis etiam & bobus: at magnis & excellenti aliqua virtute præditis viris grauissima existimatur. PAL. Quas verò, dic, pœnas perferent tyranni? CHAR. Audis tot clamantes & lamentantes voces? tot horrificos planctus? tantum stridorem ferri? tot tractus catenarum? PAL. Delectabat me adeò fermocinatio tua, vt his minimè animũ intenderem. Sed quid audio tam triste atque horrendum, quod præ horrore pœnæ aures meæ sustinere non possunt? CHAR. Sunt hæc quæ audis, tormenta tyrannorum. Nam quum illi in vita carcere quenquam incluserint, spoliauerint, flagellauerint, trucidauerint, in summum luctum, in summam egestatem & calamitatem deduxerint, damnati sunt etiam ab incorruptis iudicibus ad perferendas pares pœnas. Ideò teterrimis quoque carceribus inclusi, spoliati, flagellati, rotati, cæsi membratim ac mille atrocissimis mortibus cruentati, tantos edunt quantos audis gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, clamores atque eiulatus. PAL. Dic etiam mihi, Charon, an his pœnis plectuntur qui magni atque primarij tyrannis assistũt? CHAR. Prorsus ijsdem: nam suasu & consilio eorum maximè committunt tyranni scelera sua. PAL. An & in vita illi beati? CHAR. Non secus ac tyranni quibus assistũt: nam ijsdem quoque malis subiecti sunt. eadem enim sunt in eos populorum odia, maiora etiam inter se, eædem curæ, eadem pœ-

dem pericula: & quod miserabilius est, deijciuntur sæpè à tyrannis suis, & vel carcere, vel morte aliquando pessima afficiuntur. PAL. Tanta est ergo, tamq; generalis omnium calamitas. Vllam verò prorsus esse putas hominũ sortem, quæ beata dici possit? CHAR. Imò beatos aliquòs non nego fuisse mortales, sed perraros tamen. PAL. Quos perraros? CHAR. Qui amore virtutis & literarum contempserunt cætera Mundi bona: qui se innocuos, puros, castos, integros, incorruptos conseruantes, extulerunt animum altiùs ad gustandam diuinam excellentiam, humana quasi sordida & abiecta relinquentes. Nam virtus per se tam dulcis tamq; iucunda res est, vt incredibiles amatoribus suis afferat voluptates. Tam nobilis & præstans est eius possessio, vt summa quadam vbertate ditet possessores suos. quam qui verè est assequutus, nihil præter literarum studia dulce, nihil præter Dei cognitionem habet amabile. Quæ tantùm prædulcia sibi bona stabilia, perpetua, incorrupta præeligit, custodit, amplectitur. Reliqua verò mundi, supremo tandem gustu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora hilo, inaniora hila, ieiuniora papis volantibus, fugit, contemnit, abijcit, conculcat: contentusq; seipso, ac honestissimis suauissimisq; studijs suis, totum nihili mundum ducit, ruentem etiam non formidat. In his recreatur, refocillatur, lætam & iucundam agit vitam, ridet tantas hominum, tamq; stultas, & vltrò sibi quæsitas anxietates, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes curas. Nemini nocet, nemini molestus est. Laudant eum omnes, prædicant, admirantur, beneuolentia complectuntur, fauore prosequuntur. Quàm verè hic beatus est, qui conscientiæ suæ innocentia & integritate fruitur? Quod primum est, & dulcius omnibus, bonus securusq; sui, nullo timore angitur, nulla angustia torquetur,

NOD

non timet largas (quibus caret, quasq; nihili facit) diuitias sibi à potentioribus eripi. Non timet à quocunq; se lædi, qui nec quenquam se læsisse certò intelligat. Quàm verè hic felix est, qui tot tantisq; semotus curis & periculis, tantarum vacuus perturbationum, sibi semper alijsq; iucundus, lætetur semper, & omnibus quotquot sunt mundi honestis, & his etiam quæ cælibum communes sunt, perfruatur voluptatibus: qui humanioribus sanctioribusq; deditus studijs, contemnat omnia, contemnensq; omnia possideat. Nam is possidere omnia videtur, non qui omnibus abundet, sed cui nihil deficiat. Porrò illi nihil deficit, qui nihil concupiscit. Concupiscens autem nihil, contemnit omnia: contemnensque ita ĩd assequitur quod desiderat. Desiderio verò suo frui, ea demùm vera & sola beatitudo, beatorumq; omnium plenitudo est. PAL. Hi ergo quum nihil mali egerint, pœnarum etiam nihil patiuntur. CHAR. Nihil prorsus, imò propter transactam benè vitam, meritum magnum assequuntur. PAL. Quod? CHAR. Vel cœli fiunt incolæ, communicantq; æternùm illis cœlestibus bonis: vel si huc descendunt, mittuntur in Elysium: qui locus est quietis ac deliciarum, vbi sedes fortunatæ, campi aperti, læti, omnium omninò pœnarum expertes. PAL. O si mihi ad mortales redire aliquando contingeret, inclamarem quàm magna possem voce, admonerem de suo quemque officio & dignitate, accusarem tantam laborum frustrationem, tantam curarum vanitatem, tot corruptas opiniones, peruersaq; iudicia: sed quàm maximè increparem, qui vel magistratu quopiam magno vel imperio cæteros antecedunt: ostenderem tanta quæ anteà ignorabam. Sed te docente nunc intelligo, mala eorum grauissima, dictu horribilia: reuocarem omnes à vitijs, ab inferendis iniurijs, ad meliorem victum, à superflua agendarum rerum cura: incen-

derem

derem desiderio virtutis, laudarem innocentiam, prædicarem frugalitatem, exhortarer cunctos ad bene, grauiter, castigateq; viuendum, ad se cognoscendum, ad contemnendum tot caduca, & somni cuiusdam vel vmbræ magis similia mundi bona: inuitarem ad honestas artes, ad ingenuas exercitationes, ad studia literarum, ad spem ac contemplationem diuinæ bonitatis. CHA. *Et rectè sanè: sed vides nos ripam attigisse, egredere iam.* PA. *Et iam egressus sum. Ad iudices eo. Placidam opto tibi semper nauigationem. Salue, ô Charon, & vale.* CH. *Et ego ad reliquas vmbras redeo. Placidos opto tibi semper iudices. Salue Palinure, & vale.*

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a CITERIORE hac ripa errantem.] *Secus infernorum amnium ripas eos vagari alibi docuimus, qui sepultura carerent.* *b* Desolatio Troiæ.] *De ipsa Troia atq; eius excidio annotauimus quædam in libro de Sacrificijs.* *c* Propter Helenæ raptum.] *Helena publica pestis Asiæ & Græciæ, vt cuius gratia tam atrox & diuturnum bellum cum tanta hominũ & rerum impensa pugnatum sit.* *d* Non est tam magna vt existimas, Palinure, eorum beatitudo.] *Commendationem vitæ priuatæ ac mediocris, quæ omnium maximè tuta est, cùm regum & diuitum vita sit contrà plena miseriarum, metus, timoris, curarum & insidiarum hîc habes, tum apud Euripidem in Iphigenia, & in Aulide. Multi enim ex principibus foris ac intrinsecùs beati apparent, sed reuera non sunt, imò miseriùs ætatem agunt, quàm etiam infimi quiq;.* *e* Quàm dulcem esse arbitraris amicorum inter se, & æqualium parem vitam.] *Cicero 1. Officiorum: Nihil amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum. in quibus enim eadem studia sunt, eædem voluntates, in his sit, vt æquè quisque altero delectetur, ac seipso, efficiturque id, quod Pythagoras vltimum in amicitia putauit, vt vnus æquè fiat ex pluribus. Hæ autem*

neceſſitudines ſunt communes eorum vtriq;, quibus vterq; cum altero æquè deuincitur. Idem Cicero in lib. de Amicitia Lælius: Recordatione noſtræ amicitiæ ſic fruor, vt beatè vixiſſe videar, quia cum Scipione vixerim, quo cum mihi coniuncta cura de rep. & de priuata fuit, quo cum domus fuit & militia communis, & id in quo eſt omnis vis amicitiæ, voluntatum, ac ſtudiorum ſumma conſenſio. f Frons hominum.] *Monemur hîc. non temerè fidem habendam, nec fronti, nec blandiloquentiæ. Sæpe enim hæc duo fraudis & inſidiarum tegumenta, & incircumſpectis ac nimiùm credulis grauium malorum cauſæ exiſtunt.* g Priuati libertate.] *Quamuis innatum ſit omnibus hominibus libertatis deſiderium, tamen adeò libertas dulcis eſt, vt olim legati Spartanorum præfecto Perſarum dederint hoc reſponſum digniſſimum memoratu: Seruus tu quidem eſſe noſti, libertatem autem nondum experius es, vtrum ſit dulcis, an non: quæ ſi tibi experta foret, non vt haſtis, ſed vt ſecuribus pro ea dimicaremus, nobis ſuaderes. Veteres Romani coluerunt deam Libertatem, vt Cicero lib. 2. de Natura deorum ſcribit, & authore Liuio lib. 24. Sempronius Gracchus pater in Auentino ex mulctatitia pecunia ædē Libertatis faciendā curauit, dicauitq;. Lucianus noſter in Encomio Demoſthenis, ſub finē: Seruitutē accipiens abiecta libertate, in qua mori eſt honeſtiſſimū. Idem in Gymnaſiis: Quæ in ſe comprehenſim vniuerſam hominum felicitatem complectatur, nempe libertatem dico. Idem de Mercede conductis: Voluptas quæ ex libertate percipitur, multò ſuauior eſt. Eraſmus noſter in ea declamatione qua Lucianicæ reſpondet: Quid tam dulce, quid tam exoptatum, quàm libertas?* h Plurimùm miſeram reddit mortalium vitam inſtabilitas.] *De inſtabilitate rerum humanarum, iterum Lucianus in Icaromenippo, circa initium. Hoſpitalius in epiſt. ad Franciſcum Lotaringum:*

Annibal, & Pompeius item, duo lumina, gentis
Quiſq; ſuæ, multas bello retulêre coronas,
Collatis auſi toties decernere ſignis:
Victus vterq; fuit documēto, quàm nihil vſquam
Perpetuum ſolet in terris fixumq; manere,
Humanis quàm nulla ſubeſt conſtantia rebus.

i Delpho-

i Deiphobus.] *Priami filius ex Hecuba: hic, Paride interempto, Helenam duxit vxorem: cuius dolo & proditione à Græcis, quos illa in cubiculum dormientis intromisit, fuit interfectus. de quo Virg. 6. Aen.*

Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter óra:
Ora, manusq; ambas, &c.

VIRTVS DEA.

ARGVMENTVM.

Hîc Virtus à Fortuna malè habita describitur, lacera & mœrens, & quæ nec ad Iouis aspectum admitteretur: quæ profectò virtutis species nostræ ætati conuenire videtur, vt etiam hi ferendi sint, qui peregrino eam habitu effinxêre. Eâ apud Mercurium queritur, atque ait: Quum pro me dicere vellet Plato, expulsus est. Ciceroni prò me dicente incipienti, M. Antonius grauissimum colaphum in os intulit; destituor itaq; ab omnibus amicis, armatorum vim impetumq; timescentibus. atq; ita relicta, pugnis cæsa, calcibusq; sum conculcata: atq; vt vides, à Fortuna dilacerata. Adij Iouem, vt iniurias apud eum exponerem: mense toto non sum admissa, rogitanti mihi deos exeuntes, causam dixerunt, Iouem vacare vt tempore cucurbitæ floreſcant, aut papilionibus alæ concinnè sint pictæ. Rogatq; tandem Mercurium, vt causam suscipiat. nam sibi despectæ nudæq; latitandum esse.

Interlocutores.

MERCVRIVS. VIRTVS.

VIRTVS *dea per epistolas orauit modò, vt ad se irem. Eo, vt perconter quidnam me velit, illicò ad Iouem redibo.* VIR. *Salue, Mercuri: ago tibi gratias, quandoquidem tua*

in me pietas atque benignitas, efficit vt non penitùs deſpecta ab omni cœtu deorum ſim. MER. *Expecto quid narres: tu modò perbreues narrationes facito. nam edixit, vt confeſtim ad ſe redirem, Iupiter.* VIR. *Etiámne tecum nobis non licebit noſtras ærumnas exponere? Quos igitur habebo vltores iniuriarum, ſi non modò apud ipſum maximum Iouem, verùm & apud te, quem ſemper in fratris locum habui, colui, obſeruaui, condolendi facultas negatur? O me miſeram, ad quos confugiam? vnde auxilium petam? Me quidem, cùm ita deſpiciar, malo eſſe truncum aliquem, quàm deam.* MER. *Tandem effare, dum præbeo operam.* VIR. *Viden' quàm ſim nuda & fœda? Hoc ita vt ſim, efficit Fortunæ deæ impietas atque iniuria. At eram ſanè ornata apud Elyſios campos, inter veteres illos amicos, Platonem ſcilicet, Socratem, Demoſthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & eiuſmodi viros doctos, qui me, dum vitam agebant, piiſſimè atque religioſiſſimè coluêre. Interea loci cùm iam non pauci ſalutatum ad nos aduolâſſent, eueſtigiò Fortuna dea inſolens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turba conſepta atque ſtipata, properans ad nos, iactabunda: En, inquit, plebeia, túne maioribus diis aduentantibus non vltrò cedis? Dolui iniuriam nobis immeritis eo pacto fieri: ac nonnihil ira concitata, inquam: Neque tu maxima dea his verbis me plebeiam efficies: neque ſi maioribus cedendum eſt, tibi turpiter cedendum cenſeo. Illa verò illicò in conuitium ſeſe effert aduerſum me. Prætereo hîc, quas contumelias in me primùm, dum hæc inter nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philoſophus cœpit contra eam, nonnulla de deorũ officijs diſputare. Illa excandeſcens: Apagite hinc verboſi, inquit. Non enim decet ſeruos deorum cauſam ſuſcipere.*

Cœperat

Cœperat & Cicero orator plura velle ſuadere. at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius præpotens, latera illa ſua gladiatoria oſtendens, grauiſsimúmque pugnum in os Ciceronis iniecit. hinc cæteri mei amici perculſi me, fuga ſibi properè conſuluêre. neque enim Polycletus pe o, aut Phidias ſoalpro, aut Archimedes horoſcopo, aut cæteri inermes aduerſus audaciſsimos armatos, eoſq; prædis atque homicidijs ſuetos, bello ad ſeſe tuendos valebant. Ergo me infeliciſsimam, ab ipſis dijs omnibus qui tum aderant, atq; hominibus deſertam, pugnis ac calcibus totam confregêre, veſtes meas diripuêre, in lutum proſtratam reliquêre, demum abiêre ouantes. Ego verò ita confecta, cum primùm licuit, conſcendi huc vt Iouem opt. max. his de rebus facerem certiorem. Iam quidem mihi vt intromittar expectanti, menſis elapſus eſt: dumq; id vt impetrem, omnes deos exeuntes atque redeuntes precor, nouas ſemper aliquas excuſationes audio. Aut enim deos aiunt vacare vt in tempore cucurbitæ floreſcant, aut curare vt papilionibus alæ perpulchrè pictæ adſint. Quid? igitúrne verò aliquid ſemper habebunt negocij, quo nos excluſas teneant ac floccipendant? Tum etiam & villicus ſuſcepit curam dudum, ne cucurbitæ ſiti pereant: nos tamen neq; dijs neq; hominibus cordi ſumus. Has ob res te iterum atq; iterum precor obteſtorq;, Mercuri, qui ſemper apud deos ipſos interpres extitiſti, vt cauſam hanc meam iuſtiſsimam atq; piſsimam ſuſcipias. Ad te confugio, te ſupplex oro. In te omnis mea ſita eſt ſpes atque expectatio. Da quæſo operã, ne dum à vobis excludor, ipſis quoq; mortalibus ſim ludibrio. Nam erit quidem dedecus deorum ordini, vbi homunculi me tametſi infirmam deam floccipendant. MER. Audiui: doleo. verùm pro vetere noſtra amicitia vnũ admoneo, duram nimis atque difficilem cauſam te aduerſus Fortunã ſuſcepiſſe.

ſcepiſſe. Nam & Iupiter ipſe, vt cæteros omittam deos, cùm ſe ob accepta beneficia nimiùm Fortunæ debere ſentiat, illius vires atque potentiam veretur. Ea enim ad cœlum diis aſcenſum præſtitit: atq; vbi velit, valens ſua armatorum manu eiiciet. Qua de re, ſi ſapis, inter plebeios deos ignota, quoad Fortunæ odium extinctum ſit, latebis. VIR. *Aeternum latitandum eſt. Ego & nuda & deſpecta abeo.*

EPIGRAMMATA LVCIANI.

Λυκιανοῦ εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίβλον.

Λυκιανὸς ταῦτ' ἔγραψι, παλαιάτι μωρά τι ἀλλὰ,
Μωρὰ γὰρ ἀνθρώποις τὰ δοκοῦντα σοφά
Οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισι βεβαιότερον νόημα.
Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάσας, τοῦτ' ἐτέροισι γέλα.

Lucianus in ſuum ipſius librum.

Iacobus Micyllus.

Lucianus ſcripſit hæc, antiquáq; ſtultáq; doctus:
Id quoq; enim ſtultum eſt, quod tibi valde ſapit.
Nil homini certum eſt, nec voto viuitur vno:
Sed ridens, eadem, hic eleuat, ille probat.

GILBERTI COGNATI ANNOTATIONES.

a παλαιά.] *Non ſolùm antiqua ſignificat, ſed etiam fabuloſa, fatua, leuia, qualia ſunt quæ nimis vetuſtate obſoleta ſunt, quo ſenſu hîc accipitur hæc vox: ſic & apud Ariſtotelem ſæpe. Hoc epigramma ſic vertit Alciatus:*

Stulta quidem in ſpeciem luſi, ſapientia quando
Nil humana aliud quàm mera ſtultitia eſt.
Haud quaquam eſt homini certæ perfectio mẽtis:
Approbet hæc aliquis, rideat hæc alius.

et

εἰς ἀστώτους τὴν αὐτὴν.

Τὸν πατρικὸν πλοῦτον νιν ὧν [a] θήρων ὁ μηρίνθιος,
Ἰσχνὸς ἀς ἀκράτεις ἐξέχυτο λακκόνας.
Ἀλλά μιν ἀντίμοιρον πατρικὸς φίλος ὡς ἐνόησεν
Ἤδη λιφαλίην τρόμερον πυρίν,
Καί μιν λακρυχίων ἀνιλάμβανε, καὶ πόσιν αὐτὸν
Θῆκε θυγατρὸς [b] ἑῆς, πόντ' ἐπιμέλια λύς.
Αὐτὰρ ἐπὶ θύρωνι παρ' ἐλπίδας ἄλυθε πλοῦτος
Αὐτίκα τῆς αὐτῆς ἐπέρετ' ἐν λακκόνας,
Καρχαλέον δ' πάλιν χάος ἐς κατὰ κόσμον.
Τῇ δ' ἐπὶ τῷ μιρίᾳ γαστέρα [c] μυγοσοώτῃ.
Οὕτω μὴ θύρωνα τὸ λοίτσον ἀμφικάλυψεν,
Οὐλομένης [d] πυρίης λῦμα παλιρρόθιον.
Εὐκτίμων δ' ἐλάκρυσε τὸ λοίτσον ἐκ ἔτι κεῖνον,
Ἀλλὰ θυγατρὸς ἑῆς πεῖνα τε καὶ θάλαμον.
Ἐγνω δ' ὡς ἐκ ἔσι κακῶς λιχμημένον ἄνδρα
Τοῖς [e] ἰδίοις, ἐν πισὸν ἐν ἀποτείοις.

In Theronem prodigum. Eiusdem.

Luscinius.

Quum immensis Theron bona, filius ille Menippi,
Patria inexhausta perderet ingluuie:
Diues opum quãdam dolet hinc accedere duram
Pauperiem, patri iunctus amicitia.
Et miserum lachrymis sic consolatur obortis:
Sume animum, dos est en tibi summa gener.
Ille vbi iam praeter spem partas, sorte nouata,
Sensit opes, priscum concipit ingenium.
Omnis in hoc labor est, ventri vt famuletur inerti,
Per phas atq; nephas, sic perijsse iuuat.
Hinc inopem rursus socer arguit, omnia retrò
Dum fluitare videt, sorteq; lapsa simul.

Iamq; madent genæ, & luctu miser omnia complet,
Nec Theron, sed dos iam dolet, & soboles.
Heu nimium sero didicisse iuuat, aliis non
Esse bonum, quisquis non fuit ipse sibi.

ANNOTATIONES.

Dementem esse, qui frugi sibi eum futurum spondet, à quo res familiaris per summum dedecus iam olim profusa est. Veluti cum innumeris, tum maximè hoc præsenti exemplo discamus licebit diuitis, qui filiam cum ampliſſima dote, perdito iuueni elocauerat. Magno nimirum suo malo discens, quanto periculo perfido fidamus.

a Θήρων.] *Thero, Menippi filius.* b ἑῆς.] *Suæ.* c μαργοσύνῃ.] *venereæ libidini, quæ gula turpior ac fœdior est.* d πλείης νεὸς.] *à naufragijs translatum.* e ἰδίοις.] *bonis.*

εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, κἠ πάντα [a] περιέχεται ἡμᾶς.
ἤν ἢ μὴ, ἀπ' ἡμέων αὐτὰ παρέρχόμεθα.

In vitam humanam.

Venatorius.

Omnia nos fugiunt, nil non mortale tenemus:
Et si non fugiunt, nos tamen hæc fugimus.

ANNOTATIONES.

Indicat parum cordatos esse, qui se credant caducis ijs rebus, quæ nobis sensim, nolentibus aliquando eripiuntur, sicut nos tandem mors viciſſim illis subducit.

a περιέχεται.] *cùm mortales omnes simus.*

εἰς αὐταρκείαν.

Ὡς πλουτῶ μὲν, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσι.
ὡς δ' βιῶσόμενος, φείδομαι σῶν κτεάνων.
Εἰ δ' ἀνὴρ ἐσθλὸς οὕτως, ὡς ἄμφω ταῦτα νοήσεις,
φείδοι κἠ λαπάζῃ μήτε μ' ἐρημόσεις.

In

In ſufficientiam.

Venatorius.

Vtere diuitijs, veluti iamiam moriturus:
Oeu ſis victurus, tu quoq; parce tuis.
Ille ſapit verè, qui res perpendit vtraſque:
Parcus erit certo tempore, largus erit.

ANNOTATIONES.

Huius epigrammatis priores duos verſus vertit Auſonius, apud quem Menandro adſcribitur. Quo docemur, in diſpenſandis opibus, & mortis certiſſimæ futuræ, & vitæ in incertum producendæ habendam eſſe rationem: ne videlicet tenacius conſeruemus, aliquando poſt mortẽ relinquenda: aut inconſulto profundamus, futuris vſibus conſeruanda. Nam id poſterius etiã Paulus proſpiciendum admonet 2. Corinth. cap. 8. dum ait: Benefaciendum eſſe alijs, non vt illis ſit relaxatio, dantibus autem anguſtia. Iſocrates ad Dominicum: ἀλλὰ τὸν πλοῦτον παρασκεύεις ἡμῖν, ἀλλ' ἀπόλαυσιν μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν ὡς θνητὸς, ἐπιμελείαν δ' τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἀθανάτος: *id eſt*, neq; immodica diuitiarũ cupiditate tenebatur, ſed præſentibus fruebatur, vt mortalis: parta verò cõſeruabat, vt immortalis. φάθι flexũ habet Ionicũ imperatiui in voce paſſiua, loco cuius cõmunis lingua habet φάθητι.

Τοῖσι μὲν εὖ πράσσουσιν, πᾶς ὁ βίος βραχὺς ἔστι.
Τοῖς δὲ κακῶς, μία νὺξ ἄπλετός ἐστι χρόνος.

Vitus Amerp.

Felici breuis eſt etiam longiſſima vita,
Nox ingens miſeris temporis vna mora eſt.

ANNOTATIONES.

Verſiculi apti & veriſſimi. Qui vitæ huius delicijs ita fruũtur, vt nulla intercidat calamitas, breuiſſimè omniũ viuunt. Rurſus qui in ærumnis degũt, diutiſſimè, vt verũ ſit quod ait ille: *O nox quàm longa es, quæ facis vna ſenem.* Et Comicus ſenex, quem moræ impatientia plurimùm torquebat: *Dum moliuntur*, inquit, *dum comãtur, annus eſt.*

Οὐχ ὁ ἔρως ἀδικεῖ μερόπων φρένας, ἀλλ' ἀπολάυσις
Ψυχᾶς ἀνθρώπων ἐστὶν ὁ ἔρως πρόφασις.

Venatorius.

Non amor innodat mentes hominum, sed amorem
Criminis accusant, mens quibus est misera.

Distichon clarum, nihilq; habens difficultatis.

Ὦ χάρις χάριτος, γλυκερὸν τέρας· ἢν δὲ βραδύνῃς,
Πᾶσ' χάρις ἡμὶν, μὴ δηλήσοιό χάρις.

Ausonius in Epigrammatis expressit.

Luscinius.

Munificus gratare citò, quò dulcior adsit
Gratia: nam longa mox perit illa mora.

ANNOTATIONES.

Erasmus meus in adagio, Bis dat qui citò dat, distichum planum facit.

Gratissimum est officium, quod præstatur in tempore. Contrà intempestiuum officium plerumq; molestũ esse solet. Igitur qui gratificari volet amico, ne differat beneficium. Non enim de nihilo dicitur, Bis dat, qui citò dat. Est enim (authore Seneca) ingratum beneficiũ, quod diu inter manus dantis hæsit. Plautus:

Nihil differt ab inimicitia, intempestiua benevolentia.

De cessatoribus amicis extat elegantissimus apologus Aesopi apud Gel. lib. 2. cap. 29.

Φαῦλος ἀνὴρ, πίθος δὴ τετρημένος, ὃς ὃν ἀπάγξῃ
Αὐτῶν τὰς χάριτας, ὡς λυτὸν ἐξέχυας.

Luscinius.

Rimarum plenus perdit tua dona sceleste:
Si sapis, integro vina reconde cado.

ANNOTATIONES.

Innuit hoc distichõ, nõ aliter perire omne beneficiũ, quod in hominẽ improbum & ingratũ confertur, atq; si in vas perforatum effunderes. Planũ fit ab Erasmo in Prouerbijs, cribro aquam haurire, & inexplebile doliũ.

Ἀνθρώ-

Ἀνθρώπως μὴ ἴσως λάθοις ἄδικόν τι ποιῶν σε.
Οὐ λάθοις δ' θεὸς εἰς λογιζόμενον.

Bergius.

Improbe mortales quamuis tua crimina celes,
Fallere cœleſtes non potes ipſe deos.

ANNOTATIONES.

Quamlibet tandem homines improbè & ſceleratè agendo fefellerimus, Deos tamen ne cogitatione quidem fallere poſſumus.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι φύσις χαλκιώτερον ἔργῳ
Ἀνθρώπου, λαθρὴν ψευδομένου φιλίην.
Οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὸν περιφραζόμεθ', ἀλλ' ἀγαπῶντες
Ὡς φίλον, [b] ἐν τούτῳ πλείονα βλαπτόμεθα.

Obſopœus.

Nil homine inuenit natura nocentius illo,
Quàm qui ſyncera fingit amicitiam.
Non hoſtis vobis vltrà, ſed habetur amicus,
Talis: & hac iſtâ lædimur arte crebrò.

ANNOTATIONES.

Fucato amico, & amicitiam ſimulante, nihil eſt vſquam peſtilentius ac nocentius. Alia enim mala priuſquam lædant, nonnihil minantur, veluti prognoſtica illa vulgaria tempeſtatum. Domus culturæ, crepitu futuram prænunciant cladem. Canes prius latratum edunt quàm mordeant. Sagittæ per aëra ſtrident antequàm feriant. Scorpiones ante ictum lambunt. Serpentes ſibilant. Ab aperto inimico caueri poteſt, at mentiens amicitiam caueri non poteſt.

a ψευδομένου.] *ſimulantis.* b ἐν τούτῳ.] *hoc pacto.*

εἰς μυσάρειον.

Ἀρρήτων ἐπέων γλώσσης σφραγὶς ἐπικάθθω.
Κρείσσων γὰρ μύθων, ἢ κλάγγου φυλακή.

Obſo-

Obſopœus.

Pac arcana premat tacitæ cuſtodia linguæ,
Sermonum cuſtos eſt mihi maior opum.

ANNOTATIONES.

Linguæ petulantia non parùm multis certum attulit exitium, proinde moderanda eſt, & audiēda nobis Minerua apud Sophoclē Vlyſſem ſapienter & ſalubriter admonens. Silendo nemo peccat, loquendo perſæpe. Xenocrates interrogatus, quur ſolus linguam ſuam cohiberet? Quia dixiſſe me, inquit, aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam. Ab hoc epigrammate non diſcrepat Heſiodi ſententia:

Γλώσσης θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος.
Φειδωλῆς πλείστη χάρις ἔπλετο μίτρον ἐέσσης. id eſt,
Optimus eſt homini linguæ theſaurus, & ingens
Gratia quæ parcis menſurat ſingula verbis.

Πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς, πλοῦτος μόνος ὄντιμος ἀληθής,
Τ' ἄλλα δ' [a] ἴσχει ἀοτλὼ [b] πλείονα τῶν λιτάνων.
Τόνδε πολυκτίανον, οὐ πλούσιόν φημι δίκαιον
Κλῆσαι, ὅς κεν ἐῷ τοῖς ἀγαθοῖς δαίσατο.
Εἰ δέ τις [c] ἐν ψύχοις κατατήκεται, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Σωρεύων ἀεὶ πλοῦτον ἐπαγόμενος.
Οὗτος [d] ὁποῖα μέλισσα πολυπράγμοσιν ἐν σύμβλοις
Μοχθήσας, [e] ἑτέρων θρέψομένων τὸ μέλι.

Sleidanus.

Nobilis eſt animi theſaurus, nobilis ille
Poſtrema quiſquis parte locabit opes.
Diues erit verè, qui fidos inter amicos
Largiter effundit parta labore bona.
Sed genium quiſquis defraudat, opeſq; tenacem
Congerit in teſtam, quo numerare queat,

Qualis

Qualis apes, frustra studio complebit auaro
Vascula, mox fuco diripiente fauos.

ANNOTATIONES.

Animi diuitias veras esse: & eũ rectè dici diuitẽ, qui verum diuitiarum vsum norit, hoc epigramma innuit.

a ἴχει αὐτλύ.] *virtutes, præcipuè αὐτάρκεια & frugalitas.* b πλείονα τῶν κλεπτόντων.] *quæ possessionibus & facultatibus copiosiores potioresq; sunt.* c δὶ ψήφους.] *calculis, rationibus.* d ὀπυῖα.] *veluti.* e ἐτέρων.] *hæredum, furum plerumq;, & eorum qui testamenta subĕjciunt.*

Ἀγρὸς ἀχαιμενίδου γώμιλω ποτὲ, νυῦ δ' μηνίππου.
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου, βάδομαι ἐς ἕτερον,
Καὶ ἦρ ἐκεῖνος ἔχθμι μι πότ' [a] ὤιδ', κὴ πάλιν οὕτως
Οἴεται ἐμὶ δ' [b] ὅλως ἀδέσποτος, ἀπὰ τύχης.

Vrsinus Velius.

Fundus Achæmenidæ fueram, nunc cedo Menippo,
Mox alium rursus, mox alium q; sequar.
Vt q; suum hic credit, sic me prius ille putauit:
Sed me, fortunæ sum, quia nullus habet.

ANNOTATIONES.

Nulli certam esse vllius rei possessionem, sed omnia esse fortunæ, probat agello quodam Achęmenidis, cuius subinde alius atq; alius erat possessor. Ager, inquit, fui quondam Achæmenidis, nunc me possidet Menippus. Mox hoc relicto, alium quæram dominum. Achæmenides me suũ esse putabat, idem credebat & Menippus, proprietatem nemo vendicabit, nam pro fortunæ arbitrio nunc hunc nunc alium sortior dominum.

a ᾤετο.] *putabat.* b ὅλως ἀδέσποτος.] *Natura quidem nulli patriam esse, nec domum, nec agrum, ostendit Plutarchus in commentario de Exilio.*

Mὴ

Μὴ πλάνῳ, φίλος ἔ θυηζῖς, φίλος ἔ μακάρεσσι,
Καί σεῦ ῥηϊδίως [a] ἴκλυον ἀξαμένοις.
[b] Ἢν πλάσῃς, ὀλίγης ἴτι σοι φίλος, ἄμμα, ἅμα πάντα
Ἐχθρὰ, [c] τύχης τὸ ῥοπῆς συμμεταβαλόμενα.

Vitus Amerpach.

Si non delinques, tibi diŭq; homines q; fauebunt:
Præstabunt faciles, quæq; precatus eris:
Aſt vbi peccaris, ceſſat fauor, omnia plena.
Sunt odiŭ, facta & ſors aliena tibi eſt.

ANNOTATIONES.

Felicib. amicos eſſe innuit & deos & homines: cõtrà infelicib⁹, & impingẽtib. in aliq; infortuniũ ſeu damnũ, nullos. Hoc. n. eſt πταίειν, labi & impingere in dãnũ aliq.

a ἴκλυον.] *audiunt diŭ.* b ἢν πταίσῃς.] *Theognis:* εἰ μὲν ἔχοντί γ' ἐμοὶ πολλοὶ φίλοι. *Ouidius:* Si fueris fœlix. τύχης τὸ ῥοπῆς.] *huc aut illuc inclinantis.*

Ἡ βραδύπους βουλὴ, μετ' ἀμείνων. ἢ ταχεῖα,
Αἰὲν [a] ἰφθίμῳ τῷ μετάνοιαν ἔχει.

Sleidanus.

Sit mora conſiliŭs. Nam ſi moderamine tractes,
Proſunt: vt ſtultè præcipitata nocent.

ANNOTATIONES.

Meditatũ & lentũ conſiliũ, celeri & præcipitata in cogitantia eſſe præſtabilius: hãc comes ſequtur pœnitudo.

a ἰφθίμῳ.] *eam ſtatim à tergo ſequentem.*

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται αἱ δ' μετ' αὐτὰς
Γράμμασι δίδυμα. ζῆθι λέγουσι βροτοῖς.

Volaterranus.

Sex horæ tantùm rebus tribuuntur agendis,
Vimq; poſt illas, litera ζῆθι monet.

ANNOTATIONES.

Luciano hoc diſtichon in Græco Epigrammatũ codice vetuſtiſſimo tribuitur, quod ita Max. Planudes exponit. Ad ſextam, inquit, diei horam operari & laborare de-

re decet, post hanc ad cibum procedere, quod etiã manifestatur per notas & literas horologij. Nam si Græcas literas, quæ septimam, octauam, nonam & decimã horam significant, *hoc est*, ζ, η, θ, ι. coniungas, verbum ζῇς exprimis, quod viue significat Latinè; ac si dicas, edas vt viuas, hoc est, vt ille ait, φάγε ἵνα ζῇς ἔχῃς. Vel id potiùs innuit, ad sextam vsq; horam laborandum, quæ & propterea melior diei pars esse videtur. Vnde & Paulus Iureconsultus lib. 1. ad edictum scribit, cuiusq; diei maior pars horarum est septem, primarum diei non suprematum, quæ verba habentur in Pandectis, titulo de verborum & rerum significatione. Iuxta hanc sententiam & quidam Virgilianum illud esse existimant:

Nunc adeò melior quoniam pars acta diei est. Martialis de his vulgaribus horis loquens, prima diei parte, quę melior à Virgilio dicitur, solitos Romanos serijs rebus vacare ostendit: *Sexta*, inquit, *quies lassis, septima finis erit.*

Εἰ ταχὺς ἂς τὸ φαγεῖν, κὴ πρὸς δρόμον ἀμβλὺς ὑπάρχεις,
Τοῖς ποσὶ σῦ πρῶτι, κὴ πρίχι τῷ σώματι.

Luscinius.

Dum pedibus piger es, cursu superabere: si non
Bucca vorax tibi iam currat, edantq; pedes.

ANNOTATIONES.

Cursorem citò comedentem, & tardè currentẽ hortatur, vt deinceps pedibus edat, & ore currat, vt in Olympico certamine victor esse possit.

εἰς ἀδυνάτου.

Εἴς τί μάτην νίπτας Αἰθίοπα, ἰνδικὸν, ἴσχιο τίχνης,
Οὐ δυνάσσαι ἀνοφλὲς νὺξ λαθηναίου.

Sleidanus.

Aethiopem quid stulte lauas? Nam splendida nunquam
Nox fuerit, lumen Sole negante suum.

ANNOTATIONES.

In frustra laborantem, & impossibilia aggredientem. Quicquid enim natiuum, id haud facilè mutatur. Cæterũ φηλιάσαι, proprie significat, sole illustrare. εἰς

εἰς Διυσσώδη.

Οὔτι χίμαιρα ζιζὸν ἔπνει λαπὸν ἢ καθ' Ὅμηρον,
Οὐκ ἀγέλη ταύρων, ὡς ὁ λόγ' πυείπνους,
Οὐ [a] λῆμν' σύμπασ' [b] ἐχ ἁρπυῶν τὰ πεισσὰ,
Οὐδ' ὁ φιλοκτήτου πὸς ἀφοσηπόμ' ,
Ὡς τί σι [c] παμψήφῳ νικᾷν τηλύσιμα χιμαίρας,
Σημηλόνας, ταύρους, ὄρνια, λημνιάδας.

Baptista Pius.

Mæonides non tale malum ſpiraſſe chimæram
Trigeminam, aut tauros credidit igniuomos:
Non omnem Lemnon, volucrum excrementa ſororum,
Aut Philoctetæ vulnera dira pedis.
Indicio quare populi Teleſilla chimæram
Vince, boues, ſanies, Lemniadas volucres.

ANNOTATIONES.

Nec chimęram Homericã, nec tauros igniuomos (de quibus Apol. in 3. Arg.) nec totã Lemnũ, nec Harpyias, nec putridum pedem Philoctetæ ita malè olere dicit, ac Teleſillam. De Chimæra vide Homęrum Iliad. ζ. & η.

a ἐ λῆμν' σύμπασα.] *non Lemniarum oris fœtor.* b ἐχ ἁρπυῶν τὰ θεῖα.] *Palephatus in Phineo, Harpyiæ in Phinei menſam inuolantes, cibos partim corripiebant, partim cùm ingluuiem ſaginaſſent, fœda contrectatione inquinabant, virulentoque afflatu polluebant.* c παμψήφῳ.] id eſt, *omnium calculis, vel iudicio.*

Πολλὰ τὸ δαιμόνιον δυνάται, κἄν τ' παράδοξα:
Τοὺς μικροὺς ἀνάγει, τοὺς μεγάλους κατάγει.
Καὶ σὺ τλὼ ὀφρυοῦ, μὴ τὸν τύφον καταπαύσει,
Κἂν ποταμὸς χρυσοῦ νάματά σοι πρίχῃ.
Οὐ θρόνον, ἀλλάχλω ἄνεμ' ποτὶ, τὰς δ' μιγίσπες
ἢ δρυὰς, ἢ πλατάνους, οἵδι χαμαὶ κατάγει.

Io. Sleidanus.

Multa poteſt Fortuna, vel inſperata, potentes
Deiicit, ac tenues ſubuehit illa viros.

Illa

Illa ſupercilium tibi protinùs auferet, & ſi
Aurifero madeat flumine tota domus.
Ventus enim malua, limoſáq; abſtinet vlua,
Sed veteres ornos exagitare ſolet.

ANNOTATIONES.

Hoc epigrāmate perquàm venuſto, minatur ſuperbis & arrogantibus, ne fortunę indulgentia abutantur, ne, quod pleruńque vſuuenire ſolet, in altum ſublati, ab eadem grauiore caſu delapſi præcipitentur. Multa, inquit, fortuna poteſt, tametſi ſint inuſitata & inaudita. Paruos ſurſum ducit, magnos autem deorſum trahit. Etiam tuum ſupercilium & faſtum ſedabit: *id eſt*, compeſcet, etſi fluuius auri fluenta tibi exhibeat: non iuncum, non maluam ventus vnquā, maximas autem aut quercus, aut platanos nouit in terram proſternere.

εἰς βρέφη.

Παῖδά μι πρωταίτηρον ἀκηδίαι θυμὸν ἔχουσα,
Νηλειὴς ἅιδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
Ἀλλά μι μὴ λιλαίοις. καὶ γὰρ βιότοιο μετίσχον
Πεῖρα, καὶ πείρων τῶν βιότοιο λαχών.

Vrſ. Velius.

Quinquennem rapuit puerum immiſerabilis Orcus,
Curarum vacuum nomine Callimachum.
Sed me flere caue. nam paucos, vt breuis, annos
Vixi, ſic vitæ pauca ſiniſtra tuli.

ANNOTATIONES.

Vitam humanā plenā eſſe lachrymis & calamitatibus, quotidianis experimentis verū eſſe diſcimus. Benè igitur actū videri cū ijs, q̄ præmaturo in iuuētā ſubducuntur fato. Nulla enim guſtauerunt vitę incommoda.

ἀπὸ ναυάγων.

Γλαύκῳ, καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
[a] Καὶ βυθίῳ Ἀφρογένειδι [b] καὶ Σαμοθρηξι θεοῖς,

Σωθεὶς ἐκ πελάγους Λευκίμι Θ', ἃδε λέλουμαι
Τὰς τρίχας ἐκ λιμνῆς· ἄπο γὰρ ὅλον ἔχω.

Vrs. Velius.

Glauce, tibi & Nereo, Inoq; tibi & Melicertæ,
Et Neptune tibi, & quos Samothraces habent:
Seruatus pelago Lucillius, hanc ego tonsus,
Nil aliud quum sit, dedico cæsariem.

ANNOTATIONES.

a κῷ βυθίῳ.] *Neptuno Saturni filio maris deo.* b κῷ Σαμόθρηξι θεοῖς.] *Cabiris. Horum meminit Herodot. in Euterp. Varro lib. de Ling. Lat. 4. Pausanias in Bœoticis.*

ἀπὸ γυναίκων.

Ἑλλάδα νικήσασαν ὑπέρβιον [a] ἀσπίδα μέδων,
Λαὶς θῆκεν ἑῷ λάτρει, [b] λιπὶ δίλῳ.
Μύνῳ ἐνικήθη τὸ γήραϊ, κοὐ τὸν ἔλεγχον
Ἄνθετό οἱ παφίῃ, τὸν νέότητι φίλον.
Ὣς γὰρ ἰδεῖν συνέῃσι πολιῆς παναληθέα μορφῆς,
Τῆς [c] δὲ σωιχθαίρῃ κοὐ σκιόεντα τύπον.

Ad huius imitationem confinxit Latinum tetrastichon Ausonius.

Lais anus Veneri speculum dico, dignum habeat se
Aeterna æternum forma ministerium.
At mihi nullus in hoc vsus: quia cernere talem
Qualis sum, nolo: qualis eram, nequeo.

a ἀσπίδα μέδων.] *apud Salaminã insulã, & Plateas Bœotiæ vrbem.* b λιπὶ δίλῳ.] *in prædã.* c κῷ σκιόεντα τύπον.] *imaginẽ.*

εἰς ἄγαλμα ἀΦροδίτης, τῆ σὺν χιδίῳ.

Τὴν Παφίην γυμνὴν εἶδες ἴδῃ, ἃ δέ τις ἄδῃ,
Οὔτε ἐὸν γυμνὴν σκέπτεται Παφίην.

Cornarius.

Nemo vnquam Venerem vidit: si quis tamen vnquam
Vidit, erit nudam hic qui Venerem statuit.

εἰς τὸ αὐτό.

Σοὶ μορφῆς ἀνέθηκα τιμῆς πίνακα τόδε κάλλος
Κύπρι, τῆς μορφῆς φείδεο· μόνον ἔχω.

Cornarius.

Ipse decus formæ posui tibi pulchra Dione
Hac cum vel sola gratius ipse habeam.

εἰς ἄγαλμα ἠχῶς παρὰ τὸ ὦ αὐός.

Ἠχὼ πετρήεσσ' ὀρέων φίλη αὐλὸς ἑταίρη,
Ἀντίτυπον φθογγῇ ἔμπαλιν ἀσσομένη.
Παντοίων σωμάτων πάλον ἀκόνα ποιμέσιν ὕδε
Παίγνιον, ὅσσα λέγεις, ταῦτα λιλυομένη.

Cornarius.

En Echo in petris habitans ego, Panos amica,
Comparibus q; sonis omnia quæ recino.
Oris imago loquens cuiusuis, agricolis sum
Delicię, audis quæ tu loqueris abiens.

εἰς ἀγωνίστας.

Οἱ συναγωνισαὶ τὸν πυγμάχον ἐνθάδ' [a] ἔθηκαν
Ἄπιν, [b] ἀδῆνα γὰρ πώποτ' ἐτραυμάτισεν.

De Apide Pygmacho, qui neminem aduersariorum vnquam vulnerauit.

a ἔθηκαν.] *Statuam posuerant.* b ἀδῆνα.] *Imbellem Apim mordet.*

εἰς τὸ αὐτό.

Πάσαν δόλῳ ἐπλωσε ἀγανοθιζοῦσιν ἄμιππα
Πυγμῆς, ἀνθρώπους πάσαν ἀγωνισάμενος.
[a] Ἔσχον δ' [b] ἐν πίσσῃ μὲν ἐν ὠτίον, ἐν δὲ πλατείαις,
Ἐν βλεφάροις, πυθοῖ δ' ἄπνοος ἐκφέρομαι.
Δαμοτέλης δ' ὁ πατὴρ ἐκορύσσετο σὺν πολίταις,
Ἕρκεϊ μ' ἐκ σταδίων ἤνεγκεν, ἠὲ λοετρόν.

Androleus de se loquitur. Omne certamen, inquit quodcunque Græci constituunt, pugillatus, ego Androleos decertaui. Retinui in Pisa vnam auriculam. In Plateis autem (quæ est ciuitas Bœotiæ, vbi sunt sepulchra & trophea virorū fortium, qui Græciam liberauerunt) vnum supercilium, A' Pythico autem, scilicet certamine, ἄπιον, exanimis efferebat. Damoteles itaque pater cum ciuibus armauit, *id est*, instruxit se, vt me tollat è stadio, aut mortuum, aut mutilum.

a ἴσχον.] *Vix retinui.* b ἐν ὀλυμπίᾳ.] *Olympiæ.* c ἀνεῤῥίφθη.] *Ad hoc.*

εἰς γραμματικήν.

Ἰλαθι γραμματικὴ [a] φυσίζωε, ἵλαθι μῆσα,
[b] Φάρμακον ἰυρομένη [c] μελῶν ἄεισθ' ἑκάτι.
Ἐχθῶ κοὶ σὶ πτερυγὰς ἀλωμένας,
Καὶ βωμὸν [d] θυέων μάστοι ἀνόμφορον.
[e] Καὶ γὰρ ἐν μεσαὶ μὲν ὁδοὶ, μεσὴ δ' ἁλάσσῃ,
Καὶ λιμένι πάντων λίκτρια γραμματικά.

ANNOTATIONES.

Hic precatur Grammaticam, vt ei sit propitia, dignamque putat cui templum condatur, & ara, &c.

a φυσίζωε.] *Victui hodie omnibus necessaria suppeditans.* b φάρμακον.] *Inopiæ.* c μελῶν ἄεισθ' ἑκάτι.] *Homeri prælectionem.* d θυέων.] *Sacrificiorum.* e καὶ γὰρ ἐν μεσαὶ.] *Alluſit his verbis ad illud quod est in principio Arati de Ioue:* μεσαὶ δ' διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δ' ἁλάσσα ἐ λιμένες. *Quod imitatus Virgilius dixit:* —Iouis omnia plena. *Porrò in vltimo carmine pro* λίκτρια *dicax, melius legitur* δίκτρια *susceptrix. Sic enim in vetustis legitur exemplaribus.*

εἰς δυσώδεις.

a Δαίμονα πομφολύγων [b] ἐξόσμῳ ἐξορκιστὴς,
Ἐξέβαλ' οὐχ ὅρκῳν, ἀλλὰ λόπῳν δυνάμει.

a δαίμονα.] *De quodam exorcista, os fœtidum habente, qui dæmonem eiecit, nō coniurationibus, sed oris fœtidi purulentia, quū sine fine multa garriret.* b ἐξόσμῳ.] *Os fœtidū habens.*

ὡς τύ-

εἰς τύχλω.

ιῦ μὴ ἐκτὸς, ὃδ' ἀς ἀντυχᾶ βροτός.

εἰς λεπίδας.

'λῶ μικρὸν παίζοσαν ἰχθύιον, ἅρπασε λύκος,
Η δ', τί φυσιρᾶς; λῶ ζῶν πάτερ, ἅμ' ἰδίλας.

'ῶ παρὰ θυμοβὰς λιονόσι μάρκ@ ὁ μικρὸς,
Πυρρῶν σήσας, αὐτὸν ἀπηγχόνισε.

μ λιαλάμῳ πύξας ἀθίρα κρατόνικ@ ὁ λικλὸς,
Καὶ τριχὸς ἐκδήσας αὐτὸν, ἀπηγχόνισε.

Καὶ τί γὰρ ὀχὶ λάτω βρίσῃ βαρὺς, ἀπ' ὄκρ αὐτῶν
Νωμίας ἔσης, μικρὸς ἄνω πίταλα.

'αῖ@ ἐκπνεύσας τὸ πανδαῶν ἐχθὶς ὁ λικλὸς,
Εἰς πλὴν ἐκαμιδλὼ ἀφῆκεν ὅλως.

Καὶ πίρας εἰς αἰδλω λατα βὰς οἶ@ πιρ' ὅτ' ἦλθ,
